

NOVA GRADA O SELJAČKOJ BUNI 1573. (III)

Josip Adamček — Ivan Filipović

U ovom Arhivskom vjesniku nastavljamo objavljivati novu građu o seljačkoj buni 1573. godine. Ovo je treća skupina novih dokumenata koju objavljujemo u toku rada na projektu za istraživanje građe o seljačkoj buni 1573. Prvo smo objavili dvadesetak spisa iz Štajerskog zemaljskog arhiva u Grazu i tri spisa iz Mađarskog državnog arhiva u Budimpešti koji su se odnosili na tok bune i saslušavanje ustaničkih vođa nakon njena ugušivanja.¹ U nastavku smo objelodanili i spise iz protokola Dvorskog ratnog vijeća 1573—74. i izvještaje Fuggerovih povjerenika o buni.²

Grada koju objavljujemo u ovom Arhivskom vjesniku odnosi se na prethistoriju seljačke bune i zapravo se nadovezuje na građu o susjedgradsko-stubičkom vlastelinstvu koja je objavljena u Arhivskom vjesniku VII—VIII.³ Te smo dokumente već sumarno prikazali u našim izvještajima o istraživanjima u inostranim arhivima.⁴ Sada ih ipak objavljujemo u cjelini, jer smatramo da unose važne podatke u poznavanje seljačke bune 1573, da pridonose rasvjetljavanju prilika i odnosa na susjedgradsko-stubičkom vlastelinstvu uoči seljačke bune. Iako se, dakle, ova građa odnosi na prethistoriju seljačke bune 1573, mi je objavljujemo pod naslovom iz prethodnih Arhivskih vjesnika.

Ukupno objavljujemo 40 dokumenata: 38 iz arhiva Ugarske komore u Mađarskom državnom arhivu u Budimpešti i 2 dokumenta iz Arhiva Dvorske komore u Beču (iz fonda *Ungarische Hoffinanz*). Spisi, koje objavljujemo iz arhiva Ugarske komore, nalaze se u ovim fondovima: *Expeditiones camerales* (17 dopisa u konceptu), *Benignae resolutiones* (15 kraljevskih naloga i priloga uz njih), *Litterae ad Cameram exaratae* (3 spisa), *Acta Cameralia* (2) i *Neoregestrata acta* (1).

¹ J. Adamček — I. Filipović — M. Križman, Nova građa o seljačkoj buni 1573. (I), Arhivski vjesnik XI—XII, 1968—69, 7—41.

² J. Adamček — I. Filipović, Nova građa o seljačkoj buni 1573. (II), Arhivski vjesnik XIV, 1971, 223—236.

³ J. Adamček, Grada o susjedgradsko-stubičkom vlastelinstvu 1563—1574, Arhivski vjesnik VII—VIII, 1964—65, 7—340.

⁴ J. Adamček — I. Filipović — M. Križman, Izvještaj o istraživanju građe o seljačkoj buni 1573. u inostranim arhivima 1969. i 1970. godine, Arhivski vjesnik XIII, 1970, 490—508; J. Adamček — I. Filipović, Izvještaj o radu na pronalaženju građe o seljačkoj buni 1573. u četverogodišnjem razdoblju 1968—1971, Arhivski vjesnik XIV, 1971, 330 — 337.

* * *

Veća skupina dokumenata koje objavljujemo odnosi se na zbivanja oko seljačke bune 1567 —1568 na susjedgradsko-stubičkim posjedima. Tu smo bunu dosad poznavali na temelju pisma provizora Gerdaka od 11. IX 1567. i njegova memorijala od 21. I 1568.⁵ Novi dokumenti razjašnjavaju kako je došlo do zakupa i rekmutacije crkvene desetine, što je izazvalo seljačku bunu.

Naš raniji prikaz tih događaja nije potpun.⁶ Novi dokumenti pokazuju da je inicijativa za zakup desetine potekla od provizora Gerdaka u svibnju 1567. godine. Komora je 26. V 1567. obavijestila vladara da je Gerdak započeo pregovore o zakupu desetine i da će njeno komutiranje u naturalni oblik osjetno povećati vlastelinske prihode. Komora je ujedno tražila da se Tahyju zabrani miješanje u pobiranje desetine na dijelu vlastelinstva koji pripada fisku.

Vladar je 17. VI 1567. usvojio prijedloge Komore i Gerdaka o zakupu i rekmutaciji desetine. Bilješka u protokolu komorskog vijeća od istog datuma pokazuje, međutim, da je Tahy sa Zagrebačkim kaptolom već pregovarao o zakupu cjelokupne desetine na susjedgradsko-stubičkom vlastelinstvu.⁷ Tek na intervenciju provizora Gerdaka i komore Zagrebački kaptol je pristao da o zakupu pregovara s oba suvlasnika. Poznato je da su se ti pregovori otegli zbog nesuglasica između Tahyja i Gerdaka i otpora seljaka koji su podnosili izjave protiv njene rekmutacije.

Borba između Tahyja i Gerdaka oko zakupa desetine poznata je iz ranije objavljenih dokumenata. Tim se dokumentima sada pridodaje dopis Ugarske komore od 24. VII 1567. i Gerdakovo pismo od 7. VIII 1567. Objavljujemo također ugovor o zakupu desetine koji je 2. VIII 1567. sklopljen između Zagrebačkog kaptola i susjedgradsko-stubičke vlastele.

Pismo provizora Gerdaka od 7. VIII 1567. pokazuje da je pobiranje desetine u naturi već na samom početku izazvalo poteškoće. On je predlagao da se zbog povećavanja opterećenja desetinom smanje neka druga podavanja susjedgradsko-stubičkih kmetova. Ugarska komora nije prihvatila njegov prijedlog. U dopisu od 13. VIII 1567. tražila je da se desetina vina i žitarica pobire u naravi, ali »ipak bez prevelikog opterećivanja bi-jednih podložnika Njegova Veličanstva«. Provizor Gerdak, dakako, nije mogao pobirati desetinu u naravi, a da to istodobno ne bude novo opterećivanje kmetova.

Ranije smo prikazali kako je provizor Gerdak 11. IX 1567. tražio da se pobunjenim susjedgradsko-stubičkim kmetovima pošalje kraljev »strogi nalog« koji će ih umiriti i navesti da na novi način plaćaju desetinu. Komora je, međutim, odustala od intervencije vladara. Seljacima je 17. IX 1567. upućeno pismo u ime Komore u kojem im se prijetilo da će, ako se odmah ne umire i ne pristanu davati desetinu u naturi, svi izgubiti glave i imovinu. Poznato je da taj nalog nije umirio seljake.

Kako su kmetovi ustrajali u otporu i buni, Ugarska je komora 24. XI 1567. zamolila da protiv njih istupi vladar. Kmetovi su se tada žalili, da su, osim nove desetine, opterećeni novom i neuobičajenom tlakom, plaća-

⁵ Arhivski vjesnik VII—VIII, 243 — 244, 250 — 251.

⁶ J. Adamček, Prilozi povijesti seljačke bune 1573, Radovi Filozofskog fakulteta. Odsjek za povijest V, Zagreb 1968, 72—74.

⁷ Arhivski vjesnik XIII, 491—492.

njima daća i poreza i davanjem desetine jarića. Komora je pobijala njihovu žalbu i tvrdila da nisu opterećeni nikakvim novim daćama, osim što im je nametnuto davanje desetine u naturi — »na način i po običaju koji primjenjuju zemaljska gospoda«.

Tvrđnja da se desetina rekomutira »na način i po običaju koji primjenjuju zemaljska gospoda«, potvrđuje naš zaključak da je rekomutacija crkvene desetine u drugoj polovici XVI stoljeća postala općenita i raširena pojava.

Kralj je 11. XII 1567. naredio pobunjenim susjedgradsko-stubičkim kmetovima da obustave bunu i da su dužni davati desetinu u naravi. Okolnosti seljačke bune pokušao je protiv Gerdaka iskoristiti Franjo Tahy: 3. XII 1567. optužio je Gerdaka da je nemaran prilikom ubiranja desetine.

Seljačku bunu protiv rekomutacije desetine ugušio je, kako smo prikazali ranije, Franjo Tahy uz pomoć odreda iz Štajerske. No, sigurno je veliku ulogu u prestanku te bune imala i odluka kralja Maksimilijana II da se obustavi pobiranje desetine u naravi. Vjerojatno na molbu seljačke deputacije kralj je 23. I 1568. opozvao odredbe o pobiranju desetine u naravi i odredio da se prikuplja na »stari način«, tj. da se otkupljuje novcem.

* * *

Dio dokumenata koje objavljujemo odnosi se na sukobe između Franje Tahyja i komorske uprave na susjedgradsko-stubičkom vlastelinstvu. O sukobima i borbi Tahyja i provizora Gerdaka već je objelodanjeno dosta dokumenata.⁸ Na temelju njih ti su sukobi prikazani i ocijenjeni.⁹ Nova građa ne mijenja tu ocjenu, ali u sam prikazi međusobnih sukoba unosi nove podatke. Iz njih se, npr., vidi da su sporovi Tahyja i komorske uprave započeli već u jesen 1566, odmah nakon dolaska Gerdaka u Susjedgrad. Sadržaj sporova između Tahyja i komorske uprave poznat je iz dokumenata koji su već objelodanjeni. Dokumenti koje sada objavljujemo samo nadopunjuju katalog tih nesporazuma.

Novi dokumenti pokazuju da Ugarska komora nije imala uvijek jednak stav prema borbi njenih službenika s Franjom Tahyjem. Gerdakove molbe za intervenciju redovito su ostajale neriješene, a komisije koje su ispitivale uzroke sukoba nisu pridonijele njihovom otklanjanju. Naredba Ugarske komore od 13. V 1568, kojom se Gerdaku zabranjuje izazivanje sukoba s Tahyjem, pokazuje naklonost Komore prema Tahyju i označava slabljenje Gerdakova položaja na vlastelinstvu.

Nekoliko novih dokumenata odnosi se na pitanja Tahyjeva zakupa fiskalnog dijela vlastelinstva. Najvažnije isprave o tom zakupu već su objavljene.¹⁰ Dokumenti koje sada objavljujemo pokazuju da je pitanje izdavanja fiskalnog dijela susjedgradsko-stubičkog vlastelinstva u zakup bilo prisutno u čitavom razdoblju komorske uprave tim posjedima. Ban Petar Erdödy nastojao je još 1566. dobiti u zakup kraljev dio tog vlaste-

⁸ Arhivski vjesnik VII—VIII, 207—209, 211—223, 229—233, 241—244, 250—255, 260—261., 263.

⁹ J. Adamček, Prilozi povijesti seljačke bune 1573, Radovi Filozofskog fakulteta u Zagrebu. Odsjek za povijest VI, 1968, 56—60.

¹⁰ Arhivski vjesnik VII—VIII, 262—272.

linstva, dok je Tahy svoje ponude za zakup iznosio gotovo u svakoj prilici. Te su ponude ozbiljno uzete u razmatranje početkom 1569. godine. Vladar je 22. II 1569. zatražio od Komore mišljenje o Tahyjevoj ponudi da mu se vlastelinstvo arendira za 4.000 forinti godišnje. Komora je prvo 25. II 1569. predložila da se odbije Tahyjeva ponuda, a samo dvadesetak dana kasnije, 15. III 1569, o njoj se pozitivno izjasnila.

Iz Arhiva Dvorske komore objavljujemo izvještaj kraljevskih povjerenika Franje Nagwathyja i Jurja Hozuthotyja od 14. XI 1571. o oduzimanju fiskalnog dijela susjedgradsko-stubičkog vlastelinstva iz Tahyjeva zakupa. Taj izvještaj sadržava važne podatke o prilikama na vlastelinstvu uoči izbijanja susjedgradsko-stubičke bune 1571—72.

1.

Beč, 1. VII 1566.

Kralj Maksimilijan II dostavlja Ugarskoj komori pregled prihoda i rashoda svoje polovice susjedgradsko-stubičkog vlastelinstva i traži njeno mišljenje o ponudi bana Petra Erdödyja da se ona daje u zakup za 4000 forinti godišnje.

Maximilianus Secundus...* (tit.) Reverende, magnifici ac egregii, fideles nobis dilecti, Misit nobis hisce diebus spectabilis ac magnificus Petrus Erdewdy, Regnorum nostrorum Croatiae et Sclavoniae Banus, iussu nostro extractum acceptorum et expensorum omnium nomine mediae partis castri Zomzedwara et castelli Stubitza, quae nomine nostro occupata in rationem nostram possidet. Quem nobis una cum exemplo literarum una ad nos datum vobis hisce transmittimus. In quo quidem cum proventus recensiti valde tenues habeantur, praesertim quum quidam nobis pro hac dimidia parte singulis annis quatuor millia florenorum Rhenensium arendae nomine sese daturum offerat, hic vero percepta expensis non appareant maiora. Vobis idcirco benigne mandamus, ut hoc regestum perquam diligenter excutiatis, ac nobis quae sit vestra de eo sententia, consilium votumque vestrum significetis, idque quoad cius** fieri potest acceleretis. Executuri hoc modo voluntatem nostram benignam. Datae in civitate nostra Vienna, prima die Iulii, anno... sexagesimo sexto...

Original u Mađ. drž. arhivu. Benignae resolutiones 1566, fol. 101.

* Izostavljeni su prekomjerni izrazi uljudnosti ili oni dijelovi titule, koji danas nisu bitni.

** Očita pogreška umjesto *cittus*, ili *quo ocuis*.

2.

30. IX 1566.

Ugarska komora naređuje Franji Tahyju da se opravda pred Dvorskom komorom zbog utjerivanja izvanrednih novčanih daća od susjedgradsko-stubičkih kmetova i zbog šibanja kraljevskih službenika na tom vlastelinstvu.

Sacratissimae Caesareae Maiestatis Domini nostri clementissimi nomine eiusdem consiliario et agazonum regalium magistro magnifico domino Francisco Tahy benigne significantes Sacratissimam Caesaream Maiestatem informatam esse ipsum proventus castri Zomzedwara et castelli Stubitza pro suo libitu exigere, ac per anni unius spacium septies taxam extraordinariam non

solum a suis, sed etiam ab alterius medietatis, quam Sacratissima Caesarea Maiestas iam occupatam tenet, subditis extorsisse ipsumque monitum de restituenda ea dimidietate Sacratissimam Caesaream Maiestatem nihil iuris in eadem habere asseruisse, atque deinde dicti domini Tahy uxorem proximo XXIII die Augusti non solum clavigerum et custodem vinearum (?) medietatis alterius absque ulla causa postratos (!) in terram fuctibus (!) graviter verberari iussisse, sed etiam deinceps vice castellanum caesareum e castro Zomzedwara eiecisse ac denique clavigero vineam suam absque omni culpa ademisse. Quod quidem si praemisso modo habeat, cum Eius Caesarea Maiestas indigne ferat, itaque praefato domino Francisco Tahy mandat, ut de statu huiusce negotii, et quo pacto illud revera habeat, Eius Caesaream Maiestatem ad Cameram Aulicam clare et perspicue informare debeat, qua quidem in re Eiusdem benignae ac expressae satis faciet voluntati.

Decreto Caesareae Maiestatis
die ultima Septembris anno [15] 66.

Mađarski državni arhiv, Benignae resolutiones 1566, fol. 86—87. Prijepis (?). Prilog Kraljevom nalogu od 9. XI 1566.

3.

1566, prije 4. X ili 8. XI*

Susjedgradsko-stubički vlastelin Franjo Tahy pobija pred Ugarskom komorom sve optužbe koje su iznesene protiv njegovih postupaka na susjedgradsko-stubičkim posjedima.

Magnifici domini mihi observandissimi. Intellexi scriptum Dominationum Vestrarum Magnificarum; hoc nemo approbare poterit, quod ego unum ovum tempore Maiestatis Caesaree ac Regie de proventibus accepissem vel accipere iussissem extra consensum Domini Bani, nec dicam scio preter tres acceptas, unam Maiestati Caesaree ac Regie publico nomine promissam et datam. Non dubito officiales superfluitatem equaliter non dividisse inter se. Alia ex voluntate Domini Bani et tocius Regni imposita est omnium dominorum et nobilium bonis ad intertencionem peditum in castro et oppido Hrastowicza pro publico bono. Terciam minorem aliis puta florenos centum et quinquaginta, ad meam necessitatem, pro qua mihi nunquam aliquid est dictum aut scriptum. Nec hoc aliquis approbare potest, ut ego prohibuissem, quod equallem summam pro Maiestate Caesarea non exigant, et ut omnia equaliter dividantur etiam in futurum.

De iuribus Sue Maiestatis mihi nihil decet loqui, nam sola Sua Maiestas in suis literis inperialibus et regalibus ad me scribit eam medietatem dedisse in manus Stefani Gerdack usque ad decisionem cause, que inter me et viduum Tefenpach exorta fuerat.

De verberatione custodis vinearum ego dudum significavi Maiestati Caesaree et etiam Dominationibus Vestris Magnificis vineas et custodes vinearum esse comunia; forsan pro damno comuni aut furto aliquo per officiales est verberatus, sed me inscio.

De clavigero et vicecastellano, certe eorum verberacio si est facta, per me non laudatur, et potissimum si sine causa iusta et racionabili aut sine

scitu officialium Maiestatis Caesaree ac Regie; nec talia contingerunt actenus nec de una parte, nec alia; vinea clavigeri si est accepta sine iusta causa, reddatur. Nam potius colonos vellem augeri quam minui; si vero ex causa rationabili est accepta, ex tunc vinum illius vineae dividetur in duas equales partes. Ideo si quid factum est per meos officiales, id omnino sine scitu meo est factum, nec mea permissione, nec actenus mihi aut per Dominum Banum vel suos officiales more antiquo et solito significatum est, quia ego hec actenus conplanassem, et etiam conplanare curabo, quanto cicius domum rediero, iusto et licito modo.

Dominam autem consortem meam Dominationes Vestrae Magnificae sciant esse mulierem, et non virum, et actenus muliebria exercuisse, utinam accusatorum quoque uxores id facerent.

Servus Dominationum Vestrarum Magnificarum

Franciscus de Thah.

(*kancelarijska bilješka*) Camerae Hungaricae includendum.

Mađarski državni arhiv, Benignae resolutiones 1566, fol. 88—89. Tahijev autograf (?). Prilog Kraljevom nalogu od 9. XI 1566.

* Pismo nema originalnog datuma, nego je na njemu kancelarijska bilješka »4 Octobris 66«, koja je precrтана, pa ispod nje napisana nova »8 Novembris 66«.

4.

Požun, 7. X 1566.

Ugarska komora obavještava kralja Maksimilijana II da će od zagrebačkog biskupa tražiti izvještaj o nasiljima Franje Tahyja na susjedgradsko-stubičkim posjedima i predlaže da mu se zabrani ubiranje nezakonitih daća.

Sacratissime Caesar... Perlecto Sacratissimae Maiestatis Vestrae mandato et decreto magnifico domino Francisco de Thah super violentiis quibusdam in castro Zomzedwara et castello Stubycza praeter aequitatem commissis exhibito, responsoque eiusdem domini Thahy superinde dato, aliam ea de re Sacratissimae Maiestati Vestrae informationem perscribere non habemus, quam quod ea tota actio commissariis, qui nunc provisorem et contrascribam ad officia sua collocaturi sunt, committatur, illic in re praesenti (?) cognoscenda, qua de re ad reverendissimum dominum Episcopum Zagrabiensem mandatum edendum esse submissee censeremus, quo illi iniungeretur, ut commissariis ipsis, quos electurus est, eius quoque negotii diligentem investigationem et cognitionem committat et quicquid ea quoque in re compererint, id scripto eorum ad Sacratissimam Maiestatem Vestram referent. Committendum praeterea domino Thahy serio censeremus, ne quid vel taxae, vel alio nomine a subditis exigat, neque aliquam innovationem praeter ius et aequum introducat, sed omnia cum scitu et consensu provisoris Maiestatis Vestrae Sacratissimae et contrascribae agat. Et si qui puniendi sunt, iure et communi iudicio id fiat. Id quod Sacratissimae Maiestati Vestrae summissee perscribendum fuit, scripto domini Thahy et decreto Sacratissimae Maiestatis Vestrae una remisso. Quam Deus... Datum Posonii 7. Octobris anno 1566.

Mađarski državni arhiv, Expeditiones camerales 1566, fol. 205. Konzept.

5.

Beč, 9. XI 1566.

Kralj Maksimilijan II nalaže Ugarskoj komori da se istraga o Tahyjevima nasiljima na susjedgradsko-stubičkim posjedima povjeri zagrebačkom biskupu.

Maximilianus Secundus... Reverende, magnifice ac egregii, fideles nobis dilecti. Placet nobis consilium vestrum septimo Octobris proxime elapsi mensis nobis scriptum, ut Francisci Tahy excusatio de violentiis quibusdam in castro Zomzedwara et castello Stubitza praeter aequitatem patris commissariis vestris, qui nunc provisorem et contrascribam ad officia sua ibidem collocaturi sunt, committatur cognoscenda. Itaque vobis remittimus ipsius Tahy excusationem et nostrum ea de re editum decretum: benigne mandantes, ut nostro nomine Reverendo Episcopo Zagrabiensi scribatis, ut commissariis ipsis, quos electurus est, eius quoque negotii diligentem investigationem et cognitionem committat, et quicquid ea in re compererint, id scripto vobis suo et vos idipsum deinde consilio vestro adscripto nobis referatis. Satisfacturi hoc modo benignae voluntati nostrae. Datae in civitate nostra Vienna, nona die Novembris, anno... sexagesimo sexto...

Mađarski državni arhiv, Benignae resolutiones 1566, fol. 83—85. Stara numeracija 151. Original. Priloženi dokumenti objavljeni su ovdje pod brojevima 2 i 3.

6.

Beč, 30. XII 1566.

Kralj Maksimilijan II nalaže Ugarskoj komori da poduzme potrebne mjere kako bi Franjo Tahy predao komorskim službenicima prostorije u Susjedgradu i kako bi se provela istraga o njegovim postupcima prema kmetovima.

Maximilianus Secundus... Reverende, magnifice ac egregii, fideles nobis dilecti. Intellecta difficultate post traditionem dimidietatis arcis Zomzedwara et castelli Stubitza provisorio nostro Stephano Gerdak et contrascribae Joanni literato nuper factam oborta, cum de habitationibus per Franciscum Tahy exclusis, tum saevitia in colonos illos admissa. Scribimus ipsi praesentes, quibus serio mandamus, ut et habitationes omnes, quas vidua quondam Andreae a Teuffenpach possidebat, officialibus nostris confestim cedere et colonos profugos recipere eisque indebite adempta restituere debeat: prout eius mandati vobis hisce copiam facimus. Quod quidem ut dicto Tahy quamprimum exhibeatur illudque effectum suum sortiatur vos diligenter curare volumus. Caeterum quod ad saevitiam illam, quam in miseros colonos exercere dicitur, attinet, vobis mandamus, ut diligentissime, quo pacto haec res habeat, et quamnam crudelitatem in eos colonos hucusque patriverit, inquiratis atque cognoscatis, ac nos tunc hac de re consilio votoque vestro adscripto, quidnam hoc nomine statuendum foret, certiores reddatis.

Deinde ad expeditorias, quas de resignata ea medietate Petrus Erdewdy banus sibi forma concepta tradi postulabat, quod spectat: quia is reddendae rationis onere obstructus est, huius petitioni donec eam rationem explicuerit locum non damus, verum praecipimus vobis, ut prius ab ipso rationem exigatis legitimam, eaque cognita nobis illius statum voto vestro adnexo signi-

ficetis; tunc enim de petitis expeditoriis clementer deliberaturi sumus. In quam rem vobis etiam inventarium prius una cum reliquis scripturis omnibus hisce remittimus, ut eo facilius defectum, si quis admissus sit, animadvertere possitis. Id quod vobis rescribendum duximus. Datae in nostra civitate Vienna, die penultima mensis Decembris, anno... sexagesimo sexto...

Mađarski državni arhiv, Benignae resolutiones 1566. fol. 169—172. Stara numeracija 177. Original.

7.

Susjedgrad, 31. I 1567.

Provizor susjedgradsko-stubičkog vlastelinstva Stjepan Gerdak i providnik Ivan Varaždinac izvještavaju Ugarsku komoru o prekršajima Franje Tahyja prema komorskoj upravi i njegovom postupku prema kmetovima.

Reverendissime, generosi, magnifici ac egregii domini, domini et patroni nobis semper observandissimi, servitorum nostrorum humillimam commendationem. Litteras Reverendissimae, Generosarum, Magnificarum et Egregiarum Dominationum Vestrarum octava Ianuarii ad nos expeditas simul cum incluso exemplo litterarum mandatoriarum Sacratissimae Caesareae Maiestatis Domini Nostri Clementissimi ad dominum Franciscum Tahy editarum clare intelleximus. Nos itaque ad huiusmodi mandatum praefatae Sacratissimae Caesareae Maiestatis pro resignandis et remittendis habitaculis per relictam dominam quondam Andree a Tewffenpach in hoc castro Zomzedwara possessis apud eundem dominum Franciscum Tahy satis superabundeque sollicitavimus. Nichil tamen iussu Sue Maiestatis apud eundem efficere potuimus, praeter quod adhuc unam stubellam nobis superaddiderit, de reliquis autem reservatis respondit velle ses apud Sacratissimam Caesaream Maiestatem excusare, perinde ac si idem privata autoritate in iurisdictione dimidietatis eiusdem Sacratissimae Caesareae Maiestatis sese vindicare vellet. Inde etiam clare apparet quali iustitia in eodem castro Zomzedwara erga eandem dominam relictam a Tewffenpach usus fuerit; et qualiter etiam tempore domini Bani sese in eadem dimidietate erga eandem Sacratissimam Caesaream Maiestatem gesserit.

Quid autem de exequenda commissione inquirendarum violentiarum per eundem dominum Tahy illatarum dominus reverendissimus Episcopus Zagrabiensis scribit, ex adiectis litteris suis Vestrae Eaedem cognoscent. Commissarii enim illi, quos idem dominus Episcopus ad inquirendas eas violentias subordinandos duxerat, hoc munus subeundum sufficientes quidem forent, nolunt tamen neque audent huiusmodi odiose inquisitioni manus immittere, et hoc totum saltem metu eiusdem domini Tahy. De reductione miserimorum propulsorum colonorum istius castri Zomzedwara et ablatione rerum eorundem idem dominus Tahy mandato eiusdem Sacratissimae Caesareae Maiestatis necdum obtemperare curavit, neque velit etiam de praesenti, nisi Maiestas Sua de illis secus providerit, aut per commissarios delegandos causam eorundem revidere fecerit: quum tamen ipsi miserimi oppressi omni iustitiae et iuri stare essent parati, et supplicant pro deo illis exinde gratiose providere.

Nos enim cum eo ipso homine his conditionibus pro commodo Suae Maiestatis vix numquam etiam in finem concordare poterimus, nisi secus exinde provisum fuerit, et prout res ea sese demonstrat, nobis in dies cum eo et cum

consorte sua est colluctandum propter varias temerarias insolertias (!) per eundem patratas, et non secus ac si in externis confiniis cum hostibus decertaremur, alioquin omnem iurisdictionem residue etiam medietatis eiusdem castri Zomzedwara Suae Maiestati adimeret, prout et scripto suo idipsum ostendit, totum et integrum ius eiusdem castri Zomzedwara a condam domino Bathori emissee.

De quibus autem his proximis diebus contentionem mutuo habuerimus, ex adiecto scripto, quod ipsemet dominus Tahy solus a nobis sibi dare postulavit, et quid etiam idem scripto suo nobis responderit, Vestrae Eaedem clarius cognoscent, qui licet et verbotenus obtulerit sese de nonnullis velle emendaturum et nobiscum mutua concordia fruiturum, id quod et nos summe optaremus, veremur tamen, ne diu in eo persistat, cum et alioquin iam statim eo ipso die unum eorundem ausus sit infringere, quid autem in futurum, ignoramus. Cum tamen Sua Maiestas ad inquirendas eas violentias suos commissarios huc delegaverit, si quae, ut speramus, interim acciderint, pro certo omnia apud nos explorata invenient. Haec autem Reverendissime, Generosis, Magnificis ac Egregiis Dominationibus Vestris saltem ea causa significandum esse duximus, ut si quid ulterius per eundem attentatum fuerit, Vestrae Eaedem huius facti memores esse possint, et tandem Sacram Caesaream Maiestatem exinde informare.

Caeterum Reverendissima, Generosae, Magnificae ac Egregiae Dominationes Vestrae ex inventario transmissio clare potuerunt intelligere, quantus numerus vinorum hic in castro Zomzedwara et castello Zthubycza sit inventus, inter quae sunt nonnulla et quam plurima vina, quae usque ad calorem conservanda minime esse videntur, praesertim ea, quae per servitores domini Bani de iure montano sunt congesta: videntur itaque talia statim divendi debere, donec videlicet hoc frigidum tempus durat, ne tandem calore aestivo superveniente corrumpantur. Nam et alioqui sunt certa vasa vini veteris corrupti parve utilitatis, quae neque modo neque in posterum divendi possunt, voluimus itaque super his a Camera habere informationem, et de frumento quoque si quid dividendum et in pecuniam sit convertendum.

Quantum autem de totalibus proventibus istius castri Zomzedwara et eiusdem castelli Zthubycza Cameram informandis, necdum omnino ad finem devenire potuimus: causa fuit dissensiones mutuae inter eundem dominum Tahy subortae, curamus tamen in horas in eo laborare, quo Cameram superinde expresse atque liquide informare possimus. Rogamus tamen humillime, dignentur interim de sallario nostro nobis gratiose providere et de omnibus praescriptis nobis tempestive respondere, et cum his Reverendissimam, Generosas, Magnificas et Egregias Dominationes Vestras faeliciter valere cupimus. Ex castro Zomzedwara ultima Ianuarii 1567.

Mađarski državni arhiv, Acta camerae, B-1831, fol. 163—164. Original.

8.

Požun, 12. II 1567.

Ugarska komora naređuje svojim službenicima u Susjedgradu da zatraže od Franje Tahyja da izvrši kraljevu naredbu o stambenim prostorijama u Susjedgradu; ujedno im daje uputstva za obavljanje nekih gospodarskih poslova.

Egregii domini... Litteras Dominationum Vestrarum Egregiarum accepimus, ad quas eisdem ita nunc respondemus.

Quantum ad habitationes in arce Zomzedwara Dominationibus Vestris per magnificum dominum Franciscum Tahy concedendas attinet, intelleximus ipsum dominum Tahy mandato Sacrae Caesareae Maiestatis, domini nostri clementissimi, nondum in toto satisfacisse, et a molestatione miserorum subditorum supersedere nolle. Eum igitur Dominationes Vestrae non cessabunt adhuc admonere, ut sese benignae Suae Maiestatis voluntati tam in hoc quam aliis negotiis omnibus accomodet, nos quoque ea de re Maiestatem Suam interim informabimus, et quidquid Maiestas Sua decreverit, id eisdem perscribemus.

Ubi Dominationes Vestrae Egregiae scribunt de venditione vini et tritici, videtur nobis quoque, ut ea saltem vina et frumenta, quae sine damno ulterius servare non possunt, iusto precio divendantur, ita tamen, ne arx pro rata parte Suae Maiestatis necessario commeatu destituatur. Pecuniam autem ex eiusmodi venditione vini et frugum collectam ad ulteriorem Maiestatis Suae et Camerae huius commissionem salvam reservent.

Quod ad investigationem et conscriptionem proventuum arcis et castelli spectat, eam Dominationes Vestrae Egregiae diligenter et fideliter iuxta datam eis instructionem peragant ac ad Cameram hanc sub sigillis suis transmittant, in officio sibi commissio ita se gerant, ut maiorem Suae Maiestatis gratiam promereri possint. Nos quoque de salariis earundem memores erimus, ubi proventuum omnium conscriptionem absolverint.

Litteras domini Zagrabiensis, quarum mentionem faciunt, de expeditione scilicet commissariorum ad inquirendas violentias per dominum Thahy miseris subditis illatas, editas, item regestum inventarii vinorum non accepimus, quod una cum aliis scriptis ad Maiestatem Suam transmittere necessarium fuisset. Quare eisdem iniungimus, ut nobis ea quoque scripta transmittant, et bene valeant. Posonii 12. Februarii anno [15] 67.

Madarski državni arhiv, Expeditiones camerales 1567, fol. 39. Konzept

9.

Prag, 3. III 1567.

Kralj Maksimilijan II naređuje Ugarskoj komori da provjeri navode iz pisma Franje Tahyja kojima se on opravdava zbog zauzimanja prostoriya u Susjedgradu i protjerivanja kmetova s vlastelinstva.

Maximilianus secundus... Reverende, Magnifice ac Egregii, fideles nobis dilecti. Mittimus vobis hisce inclusum magnifici Francisci Tahy responsum, quo eius excusationem cum de relictis habitationibus pro officialibus nostris in dimidietatem arcis Zomzedwara et castelli Stubiza per nos nuper collocatis, tum de profugis colonis et illorum receptione, prout ipsi nuperrime per nos scriptum esse memoria tenetis, fusius accipietis. Quapropter vobis benigne mandamus, ut quopacto haec res utraque vere habeat, certo cognoscatis atque exploretis, nobisque deinceps, quid porro hoc nomine statuendum seu decernendum foret, sententiam opinionemque vestram perspicue significetis. Qua quidem in re benignae nostrae satisfacietis voluntati. Datae ex arce nostra regia Praga, tertio die Martii, anno... sexagesimo septimo...

Madarski državni arhiv, Benignae resolutiones, vol. 548/1567, fol. 1—2. Original.

10.

Prag, 15. IV 1567.

Kralj Maksimilijan II obavještava Ugarsku komoru o mjerama koje se poduzimaju protiv Franje Tahyja zbog nasilja prema komorskim službenicima i kmetovima susjedgradsko-stubičkog vlastelinstva.

Maximilianus Secundus... Reverende, Magnifice ac Egregii, fideles nobis dilecti. Accepimus e posteriore litterarum vestrarum IIII die praesentis mensis ad nos datarum parte, et iniectis officialium nostrorum arcis Zomzedwara et castelli Stubitza litteris ipsorum super magnifici Francisci Tahy excusatione nobis antea perscripta informationem, et quam frivolis illa nitatur fundamentis, una cum sententia consilio vestro adiuncta. Quum itaque comperiamus, officiales nostros legitimis rationibus sese excusare iustasque habere valde contra ipsum querendi causas, scripsimus proinde hoc mandatum praefato Tahy, quo ipsi id eius factum graviter exprobramus, cuius etiam vobis hisce copiam facimus. Proinde mandamus vobis benigne, ut has mandati nostri litteras memoratis officialibus nostris mittatis, ipsisque ut id dicto Tahy exhibere, et quo sese eidem accomodet, illum urgere debeant, iniungatis.

Caeterum gravissime nobis displicuit, quod is dicebatur quendam nuper contra nobilium iudicium capite plecti iussisse, alterum vero acerrimo frigore nudum in carcere, donec mortuus est, detinuisse. Itaque, cum nolimus hoc facinus tam crudele inultum relinqui, primores Regni nostri Sclavoniae, Episcopum scilicet Zagrabiensem et Banum ibidem nostrum, ut haec res vere habeat, explorare nobisque referre debeant, deputavimus, illisque id ipsum hisce peculiaribus litteris nostris iniunximus. Quas quidem per memoratos officiales ipsis exhiberi curate, ut tandem nos huiusce rei statu vere cognito, quod aequum fuerit, statuamus. Id quod vobis, scripturis ad hoc negotium pertinentibus remissis, respondendum duximus. Datae ex arce nostra regia Praga, die decima quinta Aprilis, anno... sexagesimo septimo...

Mađarski državni arhiv, Benignae resolutiones, vol. 548/1567, str. 85—87. Original.

11.

Požun, 15. ili 16. IV 1567.

Ugarska komora obavještava kralja Maksimilijana II o nasiljima koje Franjo Tahy čini na susjedgradsko-stubičkom vlastelinstvu i predlaže da se poduzmu energične mjere.

Sacratissime Caesar... Quamvis litteras officialium Sacrae Maiestatis Vestrae Caesareae in Zomzedwar constitutorum, querelarum contra magnificum dominum Franciscum Tahy plenas, ante paucos dies Maiestati Vestrae Caesareae, addita humillima nostra opinione, transmiserimus, eorundem tamen officialium iam recentiore querelam in litteris huc coniectis comprehensam et alterius quidem officialium, contrascribae videlicet, qui personaliter nos convenit, viva quoque voce confirmatam, Maiestati Vestrae Caesareae submissee exhibemus cognoscendam. Harum querimoniarum cum aliter finem futurum non videamus, nisi ut dominus Thahi strictissimo mandato Sacrae Maiestatis Vestrae compescatur, iniungendum illi firmissime, et sub ammissionis partis suae in bonis illis gravissimaeque indignationis Sacrae

Maiestatis Vestrae poena submisae censeremus, ut ab iniusta proventuum arcis Zomzedwar castellique Also Stubycza, vinorum praesertim ex montano iure collectorum, partitione, de qua praesentibus litteris officiales queruntur, abstineat et equitatem, redditus vinis quae supra portionem suam percepit, in omnibus observet, neque alicuius dissidii aut iurgii occasionem quomodocumque praebet. Sic etiam receptionem profugorum colonorum bonorumque eorundem restitutionem iuxta proximam nostram humilem opinionem ipsi Thahi committendam submisae putaremus. Porro Sacrae Maiestati Vestrae significandum duximus, Joannem literatum praedictum contrascribam dimissionem ab officio suo petere. Queritur enim, quod ab eo tempore, quo hoc officio fungatur, se fere continuo valetudinarium fuisse. Nos potius verum morbum, de quo laborat, non tam in corpore, quam animo haerere, eo quod potentiam domini Thahi pertimescat.* Admonuimus tamen ipsum, ut ulterius perserveret et annum compleat. Certo autem futurum videmus, quod si efenata licentia Thahi tempestivo remedio per Maiestatem Vestram non cohibebitur, praeter alia detrimenta, hoc quoque incommodi manaturum, quod officiales moderni se illa administratione abdicabunt, neque alii idonei loco eorum reperientur.

Porro quam dederit nobis in scripto dictus Joannes literatus contrascriba, praeter illam quam proximis diebus ad Sacram Maiestatem Vestram misimus ipsius et collegae sui de bonis Joannis Gyulai nuper defuncti, aliam informationem Maiestas Vestra Sacratissima ex adiecta eiusdem contrascribae relatione benigne cognoscere dignabitur. ... Datum Posonii XVI Aprilis anno [15] 67.

Mađarski državni arhiv, Expeditiones camerales 1567. fol. 42. Konzept.

* Nedostaje glagol: censemus, putamus illi sl.

12.

Požun, 26. V. 1567.

Ugarska komora podnosi kralju Maksimilijanu II prijedlog provizora Stjepana Gerdaka da se od Zagrebačkog kaptola zakupi crkvena desetina susjedgradsko-stubičkog vlastelinstva i da se Franji Tahyju zabrani uplitanje u poslove oko tog zakupa.

Sacratissime Caesar... Transmittimus submisae Maiestati Vestrae Sacratissimae litteras provisoris arcis Zomzedwara Stephani Gerdak, quibus suadet decimas medietatis eiusdem arcis et castelli Also Ztobycza pro usu et comodo Maiestatis Vestrae Sacratissimae a Capitulo Zagrabiensi esse conducendas, quarum arendam saltem centum et quinquaginta florenos esse, decimas vero illas, si in specie colligentur, multum utilitatis Maiestati Vestrae Sacratissimae adferre posse scribit, prout hoc ipsum ex ipsarum litterarum hic adiectarum contextu benigne cognoscere dignabitur. Qua de re etsi in proxima Diaeta cum nunciis dicti Capituli tractandum fore visum erat, tamen ne propter dilationem eas dominus Thahy praeripiat, iniungendum esse serio mandato Maiestatis Vestrae Sacratissimae praefato Capitulo Zagrabiensi demisse censeremus, ne decimas bonorum Maiestatis Vestrae ipsi domino Thahy

sive aliis, sed saltem Maiestati Vestrae Sacratissimae arenda solita collocent, quam ab officialibus Sacrae Maiestatis Vestrae illic constitutis certo essent habituri, ipsi vero Thahy stricte demandandum esse, ne se ullo pacto in decimas ipsas medietatis bonorum Maiestatis Vestrae ingerere, sed eas officialibus Sacrae Maiestatis Vestrae percipiendas permittere debeat.

Ad praediales porro colonos quod spectat, rem indignam et officio domini Thahy minus convenientem esse iudicamus, quod miseros homines cum equis Kany sam ire cogit et lustrationi subicit, illis numerum sibi ordinatorum equitum complendo, qui tamen non ipsi soli, sed pro dimidia parte Maiestati Vestrae subiacent. Qua de re quoque ipsum Thahy mandato Maiestatis Vestrae Sacratissimae dehortandum ac serio interdicendum esse submisisse sentimus, ne miseros colonos ad inconsueta et non debita servitia cogat, sed eos praesertim ad Maiestatem Vestram Sacratissimam spectantes suo iure uti patiatur. Id quod ad insinuationem praefati Gerdak Maiestati Vestrae Sacratissimae erat humillime proponendum. Quam Deus... Datum Posonii 26. Maii anno [15] 67.

Mađarski državni arhiv, Expeditiones camerales 1567, fol. 104. Koncept

13.

Požun, 17. VI 1567.

Kralj Maksimilijan II obavještava Ugarsku komoru da prihvaća prijedlog o zakupu crkvene desetine na polovici susjedgradsko-stubičkog vlastelinstva i naređuje da se o tom zakupu povedu pregovori sa Zagrebačkim kapitolom.

Maximilianus Secundus... Reverende, Magnifice ac Egregii, fideles nobis dilecti. Intelleximus benigne ex litteris provisoris nostri arcis Zomzedwara Stephani Gerdack, quas nobis vigesima quinta Maii transmisistis, decimas medietatis eiusdem arcis et castelli Also Ztobyca pro usu et commodo nostro a Capitulo Zagrabiensi esse conducendas. Itaque mandamus vobis, ut cum nunciis dicti Capituli nostro nomine agatis, quo nobis praefatas decimas arenda soluta* prae caeteris collocent, quod ubi ab ipsis, ut speramus, impetraveritis, poteritis deinceps iuxta consilium vestrum nomine nostro Francisco Thahy demandare, ne se ullo pacto in decimas ipsas medietatis bonorum nostrorum ingerere ausit, sed eas offitiariis nostris percipiendas permittat.

Quod ad colonos attinet, quos Thahy Kanisam ire cogit et lustrationi subicit, dehortandum ipsum esse censemus mandato nostro, quod apud vos concipi et ad subsignationem nobis offerri curabitis. Executuri utraque in re benignam voluntatem nostram. Datae in arce nostra Pošoniensi decima septima die Iunii anno... sexagesimo septimo...

Mađarski državni arhiv, Benignae resolutiones, vol 548./1567., str. 68—70. Original.

* Očito treba biti solita, kao što je na odgovarajućem mjestu u prethodnom dokumentu.

14.

Požun. 20. VI 1567.

Kralj Maksimilijan II naređuje Franji Tahyju da ne ometa komorske službenike pri pobiranju desetine i da prestane tjerati kmetove na vojnu službu u Kaniži.

Maximilianus... Magnifice, fidelis nobis dilecte. Quum decreverimus medietatem decimarum bonorum arcis Zomzedwara et castelli Also Ztobycza in usus nostros a Capitulo Ecclesiae Zagrabiensis pro anno hoc praesenti conducere, proinde fidelitati tuae harum serie firmiter committimus mandantes, ne te ullo pacto in medietatem ipsam decimarum praefatarum immittere praesumas, sed eas per officiales nostros illic constitutos libere atque absque ullo prorsus impedimento percipiendas tam per te quam etiam officiales tuos permittere debeas.

Caeterum accepimus colonos et libertinos arcis et castelli praefati cum armis eorum Kanysam militatum a te saepius non sine gravi ipsorum oppressione compelli. Quae res cum nobis valde indigna videatur, committimus tibi firmiter, ne ipsos libertinos et colonos posthac Kanysam armatos ire compellas, sed eos laboribus et servitiis circa arcem ac castellum debitum incumbere sinas. Executurus utroque modo benignam ac seriam nostram voluntatem. Datae in arce nostra Poseniensi vigesima die Iunii, anno sexagesimo septimo...

Madarski državni arhiv, Expeditiones camerales 1567, fol. 79. Koncept.

15.

Požun 24. VII 1567.

Ugarska komora javlja provizoru Stjepanu Gerdaku pod kojim uvjetima može zakupiti crkvenu desetinu.

Egredie domine... Litteras Dominationis Vestrae 17. praesentis mensis ad nos datas accepimus, una cum litteris attestatoriis seu inquisitionis in negotio domini Francisci Tahy factae. De fertilitate annonae quae scribit Dominatio Vestra grata nobis sunt, et hortamur eandem, ut in cumulatione frugum omnem diligentiam adhibeat ac in caeteris quoque rebus omnibus ad functionem suam pertinentibus ita agat, ut fides et studium suum erga Sacram Maiestatem Caesaream, dominum nostrum clementissimum, ubique eluceat.

Accepimus quoque e litteris Dominationis Vestrae, quale precium constituerit decimis a Capitulo Zagrabiensi conductis. Quid autem ea de re sentiat magnificus dominus Tahy, e copia adiecta scripti eius, nobis iam hic exhibiti, intelliget. Nobis quidem probari haud potest, si arendam solitam Dominatio Vestra excessit, et iniungimus eidem, ne pro dimidietate ad partem Caesareae Maiestatis spectante plus quam florenos centum et quinquaginta Capitulo exolvat, cum in arenda trecentorum florenorum dominus Tahy cum illis pro integris decimis se convenisse asserat. Ac volumus, ut decimas eas non in pecunia, sed in specie colligat.

Caeterum tabellario, qui litteras Dominationis Vestrae nobis attulit, cum is se plane nullas expensas habere quereretur, denarios quinquaginta

dari iussimus, quos in rationes suas referet. Alias autem quotiescunque homines suos huc expediverit, provideat eis de necessariis sumptibus. Quae erant ad epistulam Dominationis Vestrae breviter respondenda. Valeat eadem. Datum Posonii XXIII Iulii anno LXVII.

Mađarski državni arhiv, Expeditiones camerales 1567, fol. 139. Konzept.

16.

2. VIII 1567.

Zagrebački kaptol potvrđuje da je dao u zakup Franji Tahyju i Stjepanu Gerdaku ubiranje crkvene desetine na susjedgradsko-stubičkom vlastelinstvu za g. 1567.

Nos Capitulum Ecclesiae Zagrabiensis memoriae commendamus per praesentes, quod nos habitis multis tractatibus cum magnifico domino Francisco de Tah, agazonum regalium magistro (tit.) ac egregio Stephano Gerdak de Fyletyncz, praefecto Sacrae Caesareae Maiestatis, domini nostri clementissimi, in castro Zomzedwara constituto, ratione decimarum nostrarum de bonis praefati castri Zomzedwara et castelli Also Zthobycza, in cultello nostro Glawnycza, nec non possessionibus Zthopnyk et Novak, in cultello campi Zagrabiensis existentium et habitarum, nobis et mensae nostrae capitulari provenientium et provenire debentium, demum cum eisdem domino Francisco Tahy et Stephano Gerdak in hanc devenimus concordiae unionem, ut videlicet iidem dominus Franciscus Tahy pro se, ac Stephanus Gerdak pro praefata Sacra Caesarea et Regia Maiestate universas decimas tam de bonis dicti castri Zomzedwara et castelli Also Zthobycza, quam etiam de praefatis possessionibus Zthopnyk et Novak pro anno praesenti connumerare et exigere possint et valeant, et quod iidem dominus Franciscus Tahy et Stephanus Gerdak pro eisdem decimis in festo sancti Thomae apostoli proxime futuro per suos proprios homines florenos ducentos Hungaricales nobis et mensae nostrae capitulari plene et integre persolvere debeant et sint obligati, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum sabbato die proximo post festum ad vincula beati Petri apostoli anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo septimo.

Mađarski državni arhiv, Litterae ad Cameram exaratae, br. 53, fol. 186.

17.

Donja Stubica, 7. VIII 1567.

Provizor susjedgradsko-stubičkog vlastelinstva Stjepan Gerdak predlaže Ugarskoj komori da se susjedgradsko-stubičkim kmetovima zbog ubiranja desetine u naravi olakšaju neki drugi feudalni tereti; ujedno opovrgava Tahyjeve informacije o tome da je desetina zakupljena uz štetu za vladara.

Reverendissime, generosi... Litteras Vestrarum Reverendissime, Generosarum, Magnificarum ac Egregiarum Dominationum tricesimo die Iulii ad me datas accepti, et ad plenum intellexi, id quod michi Vestrae Reverendis-

sima, Generosae, Magnificae ac Egregiae Dominationes ex parte arendationis decimarum istarum castri Zomzedwara et castelli Also Zthubycza iuxta informationem domini Francisci Tahy scribunt. Asserit quidem idem dominus Tahy, prout ex querela eiusdem intelligo, me Sacratissimae Caesareae Regiaeque Maiestati, domino domino nostro clementissimo, magnum dampnum fecisse, super arendationem huiusmodi decimarum, parcat illi Deus, quia non ita res se habet.

Quemadmodum tamen decimas ipsas a Capitulo Zagrabiensi arendavimus, hic Vestris Dominationibus copiam litterarum eiusdem Capituli remisi, ex quibus arendationem ipsam clare et magis credere quam verbis alicuius poterint. Verum quidem arendavimus eas decimas tantum pro hoc praesenti anno, quia ego domino Tahy perpetuum cum detrimento animae meae arendare nolui, quem video nichil magis desiderare, quam miseros colonos istos crudeliter opprimere, id quod in dies et in dies magis et magis facere non cessat. Poterit Sua Maiestas in futurum etiam semper per suos officiales leviori pretio commodius decimas praedictas arendare, quam dictus dominus Tahy, et semper, si ita Suae Maiestati placet, in specie colligere facere. Necessarium enim est et Deo placitum ut isti miserimi coloni aliquo modo in aliis provenibus respectu decimarum in specie colligendarum alleviantur (!), alioquin, credant Dominationes Vestrae, aeternam oppressionem patientur.

Scribunt michi Dominationes Vestrae, ut ego dominis Capitularibus ad partem Sacratissime Caesareae Regiaeque Maiestatis non ultra, quam centum et quinquaginta florenos dare debeam, illis autem iuxta arendationem per nos factam (!) non plus, quam centum florenos hungaricales dare debeo; altera quoque pars totidem, quia Capitulum respectu Suae Maiestatis priorem arendationem domini Tahy centum florenis diminuit.

Quod autem dominus Tahy sua opera in hac re Suae Maiestati maiorem commodum acquisivisse putabat, fefellit eum spes et opinio sua, loco cuius commodi maluissem si vinum anni praeteriti iuris montani ad rationem Suae Maiestatis provenire debens, fere ad trecentos cubulos, quod superflue ad rationem suam percipere fecisset, pro commodo Suae Maiestatis michi restituisset, quod ad saepissimas requisitiones meas dictus dominus Tahy ac domina consors eiusdem facere neglexissent, prout restituere nolunt etiam de praesenti, in magnum damnum Suae Maiestatis manifestum.

Id quoque Dominationibus Vestris perscribere possum, quod his proxime elapsis diebus, postmittendo pro maiori parte labores convectionum agriculturae, currus quantos voluit levavit, ac cum suis vinis partim Kany-sam, partim vero ad inferiores partes fluvii Zawi dividendis expedivit.

Insuper miseros colonos modo etiam in equis et cum pixidibus ad illius servitia Kany-sam proficisci cogit, ego autem prohibui eos, et sic domina consors sua miserimis maximas imponit minas, si non discesserint, omnino eos ex isto dominio expelli faciet, aliqui iam miserimi in hoc stant, ut discedant relictis omnibus bonis eorum, nisi illis gratia Suae Maiestatis subveniat. Me quoque male hinc exiturum praenuntiat, ut audio, quia haec omnia eius essent. Ego sileo, et de omnibus a Dominationibus Vestris informationem necessariam expecto.

Sciunt ittaque Dominationes Vestrae me nunc in conductione segetum et compositione acervorum ac in decimatione frugum porcorumque sollicitum esse, et nichil praetermittere velle, quod officii mei est. De vasis etiam parandis michi magna cura instat, ad decimas vini necessariis, quae non

parvo numero fieri debent, et vix etiam loca cellariorum, ubi locari debent, sufficientia habere potero, de quibus tamen omnibus providebit Deus. Cum his me meaque perpetua servitia Vestris... Dominationibus... recomendo... Ex castello Also Zthobycza 7 die Augusti anno 1567.

Mađarski državni arhiv, Litterae ad Cameram exaratae 1567, br. 49. Original.

18.

Požun, 13. VIII 1567.

Ugarska komora naređuje Stjepanu Gerdaku da se desetina za 150 forinti zakupi od Zagrebačkog kaptola i zatim, bez prekomjernog opterećivanja kmetova, pobire u naravi.

Egregie domine... Ad litteras Dominationis Vestrae Egregiae hodie nobis praesentatas eidem ita respondendum duximus.

Quantum ad decimas a Capitulo Zagrabiensi pro parte Sacrae Caesareae Maiestatis, domini nostri clementissimi, arendatas attinet, probamus Dominationis Vestrae Egregiae ea in re diligentiam, beneque factum est, quod pro dimidia arenda earundem decimarum saltem centum florenos Capitulo obtulerit, cum tamen aliis litteris eiusdem significaverit, earum arendam esse florenos trecentos, de quibus pro dimidia parte cessissent floreni centum et quinquaginta. Curet igitur Dominatio Vestra Egregia, ut illae decimae, tam in vino quam etiam frugibus, uti eadem suasit, in specie et diligenter, sine tamen gravamine miserorum subditorum Suae Maiestatis exigantur, ac in bona atque commoda loca reponantur usque ad aliam informationem.

Quod dominus Thahy de vino iuris montani ad trecentos cubulos anno praterito superflue levavit, illudque hucusque non restituit, requirat eum Dominatio Vestra Egregia iterum bonis verbis, ut illud vinum Suae Maiestati restitui faciat, quod si facere recusaverit, curaturi sumus, ut id etiam mandato Suae Maiestatis restituere cogatur.

Cum praeterea intellexissemus Dominationem Vestram Egregiam se erga ipsius domini Thahy uxorem eiusque servitores intemperantius quam decussisset gessisse, ea de re iam binis litteris nostris eandem admonuimus, et nunc iterum hortamur, ut se ita erga ipsam dominam et servitores suos gerat, ne ipsi iustam habeant causam contra eandem conquerendi. Proventus denique omnes Suae Maiestatis pro suo officio colligat diligenter, atque vina et frumentum in eiusmodi loca reponat, ne per caeli iniuriam corrumpantur, de omnibusque iustam ac liquidam servet rationem, quam Camerae huic suo tempore reddere cum bonis et iustis probationibus possit. Id quod erat ad litteras eiusdem respondendum. Quae bene valeat. Posonii die 13. Augusti anno Domini 1567.

Mađarski državni arhiv, Expeditiones camerales 1567, fol. 63. Konzept.

19.

Požun, 17. IX 1567.

Ugarska komora naređuje susjedgradsko-stubičkim kmetovima da obustave bunu i u naravi dadu crkvenu desetinu.

Ad colonos pertinentiarum arcis Zomzedwara et castelli Also Stubycza.

Providi, nobis dilecti. Accepimus non sine molestia animi nostri vos conmatia ductos fideque atque obedientia Sacrae Caesareae Regiaeque Maie-

stati, domino nostro clementissimo, eiusque Maiestatis officialibus debitis oblitos armata manu insurrexisse decimasque pecunia Suae Maiestatis a Capitulo Zagrabiensi pro Sua Maiestate conductas in specie reddere et administrare nolle. De qua vestra temeritate non possumus non multum commoveri. Quare vobis et vestrum singulis nomine et autoritate praefatae Sacrae Caesareae et Regiae Maiestatis committimus firmiter sub amissione capitum et bonorum vestrorum omnium, ut statim acceptis praesentibus ab eiusmodi temeraria insurrectione supersedere armaque deponere ac decimas ipsas tam frugum quam vini Maiestatis Suae provisorii in castro Zomzedwara et castello Alsostubycza constituto, egregio domino Stephano Gerdak in specie sine omni fraude aut defectu aliquo administrare, illique in omnibus, tamquam Suae Maiestatis officiali, obedientes esse debeatis, in quantum salutis vestrae et rerum vestrarum bene consultum esse cupitis. Nec secus ulla ratione facere praesumatis. Datum Posonii die 17 Septembris anno [15] 67.

Mađarski državni arhiv, Expeditiones camerales 1567, fol. 77. Konzept.

20.

Požun, 17. IX 1567.

Ugarska komora obavještava Stjepana Gerdaka o mjerama koje će se poduzeti ako kmetovi stubičkih posjeda ustraju u buni protiv desetine; ujedno pohvaljuje Gerdakovu revnost u obrani kraljevih interesa na vlastelinstvu pred pohanjima Franje Tahuja.

Egregie domine... Literas Dominationis Vestrae Egregiae accepimus earumque contenta intelleximus. Probamus igitur Dominationis Vestrae Egregiae diligentiam atque vigilantiam quod occultae statutioni domini Francisci Tahy more solito contradixerit, super quae litterarum relatoriarum Capituli Zagrabiensis excipiat et eas statim Camerae huic transmittat. Et si eiusmodi ipse dominus Tahy contra iura Suae Maiestatis moliretur, diligenter advigilet nosque de eo confestim informet.

Ad insurrectionem colonorum quod spectat, cum Dominatio Vestra Egregia scribat, se eos iam compescuisse decimasque frumenti ex pertinentiis castri Zomzedwara excepisse in specie ac in horrea collocasse, non videbatur opus fore, ut ad colonos ipsos mandatum Caesareum edatur, sed litteris Camerae ad eos scriptis sufficere, quibus nomine Suae Maiestatis scripsimus serio gravi cum comminatione, ut obedientes sint, et decimas pecunia Suae Maiestatis a Capitulo redemptas in specie administrent. Si requisitioni Camerae acquiescere noluerint, curabimus etiam mandatum Caesareum expediendum. Id quod Dominationi Vestrae Egregiae ad litteras suas respondere volumus, eandemque Suae Maiestatis nomine requirentes ut decimarum ipsarum collectionem pro sua in Eius Maiestatem debita fide diligenter curet, ac in loca oportuna, ne a celi iniuria corrumpantur, reponat, valeatque feliciter. Datum Posonii, 17. Septembris anno [15] 67.

Mađarski državni arhiv, Expeditiones camerales 1567, fol. 78. Konzept.

Požun, 24. XI 1567.

Ugarska komora javlja kralju Maksimilijanu II da su se zbog uvođenja desetine u naturi pobunili susjedgradsko-stubički kmetovi i moli da on naredi tim kmetovima da su dužni na taj način davati desetinu.

Sacratissime Caesar... Maiestas Vestra Sacratissima clementer meminisse dignetur superiori vere, cum magnificus dominus Franciscus Tahy decimas vini et frumenti pertinentiarum castris Zomzedwara et castelli Also Zthobycza a Capitulo Zagrabiensi conduxisset, nos dimidietatem earum decimarum (non contemnendam utilitatem ac emolumentum ex his Maiestati Vestrae Sacratissimae provenire posse videntes) ad rationem Maiestatis Vestrae Sacratissimae arendasse. Quae decimae, cum per Stephanum Gerdak illic constitutum officialem eo modo ac ordine quo domini terrestres soliti sunt, exigerentur, vulgus colonorum pertinentiarum praefati castelli Also Ztobyca contra decimatores armata manu insurexerunt, ab huiusmodique exactione dum decimatores per colonos ipsos prohiberentur et remorarentur, coloni ipsi mandatum a Maiestate Vestra Sacratissima ad dominum Tahy et Stephanum Gerdak, ad expositionem suam, quod nimirum illi ab ipsis ad novos et inconsuetos labores, taxas, contribuciones, ac decimarum hedorum soluciones adigerentur, impetraverunt, quo Maiestas Vestra Sacratissima benigne illis mandat, ut a praemissis abstineant, nec ad inconsueta gravamina colonos ipsos cogant. Cum, Domine Clementissime, per ipsum Stephanum Gerdak super hac re certo informati simus, nullis inconsuetis taxis, oppressionibus, contribucionibus et laboribus colonos ipsos praeter frumenti et vini decimarum, partim in specie iam exactarum et reliquis exigendarum, solutione[m], iuxta morem et consuetudinem a dominis terrestribus observatum onerasse, aut ad aliquas alias noviter adinventas contribuciones aut soluciones cogere voluisse intelligamus, expositionem ac querelas ipsorum colonorum iniquas esse invenimus atque indicamus, censemus demisse, ne Maiestas Vestra Sacratissima colonis ipsis ad falsam eorum querelam talem exemptionem dare dignaretur, cum id non exiguum damnum proventibus et emolumentis Maiestatis Vestrae Sacratissimae adferri possit. Imo Maiestas Vestra Sacratissima colonis ipsis pertinentiarum castris Zomzedwara et castelli Also Ztubicha mandato suo firmiter comittere dignetur, ut decimas omnes in specie e medio eorum iuste sine ulla tergiversatione et renitentia exolvere ad arces Maiestatis Vestrae Sacratissimae debeant et teneantur. Quod Maiestati Vestrae Sacratissimae pro debita officii nostri fide humilime significare volumus. Quam Deus... Datum Posonii 24. Novembris 1567.

Mađarski državni arhiv, Expeditiones camerales 1567, fol. 91. Konzept.

Požun, 3. XII 1567.

Ugarska komora javlja Franji Tahyju da će ukoriti provizora Stjepana Gerdaka zbog nemarnosti oko pobiranja desetine; ujedno ga obavještava da će o zakupu fiskalne polovice vlastelinstva donijeti odluku sam vladar.

Magnifice domine... Accepimus litteras Magnificae Dominationis Vestrae earumque tenorem intelleximus. Quantum itaque ad negligentiam Stephani

Gherdak in decimarum collectione spectat, merita repraehensione eam socordiam ipsi reprobabimus, et maioris diligentiae eum commonebimus. Ad postulationes vero Dominationis Vestrae Magnificae quod attinet, de concedendis sibi pro annua аренда quatuor millium Rhenensium redditibus medietatis arcis Zomzedwara et castelli Stubicza, vel conferendo eidem, convictis relicta Andreae Hennyng eiusque filiabus, iure regio pro decem millibus florenis, sic quoque mutando officiale moderno Stephano Gherdak, Dominationem Vestram Magnificam minime latere arbitramur, huiusmodi concessionem in nostra potestate sitas non esse, sed ad arbitrium solius Sacrae Maiestatis Caesareae, domini nostri clementissimi, pertinere. Ad Eius itaque Maiestatem Dominatio Vestra Magnifica postulationes suas deferat, et Maiestatis Suae benignam deliberationem et resolutionem petat. Quod erat litteris Magnificae Dominationis Vestrae brevibus respondendum. Quam felicissime valere optamus. Datum Posonii, 3. Decembris anno 1567.

Mađarski državni arhiv, Expeditiones camerales 1567, fol. 9. Konzept.

23.

Beč, 11. XII 1567.

Kralj Maksimilijan II javlja Ugarskoj komori da je suglasan s predloženim kraljevskim nalogom kojim će se narediti susjedgradsko-stubičkim kmetovima da obustave otpor davanju desetine u naravi.

Maximilianus Secundus... Reverende, Magnifice ac Egregii, fideles nobis dilecti. Intelleximus e scripto vestro vigesimo quarto elapsi mensis Novembris ad nos dato colonos ad castellum Alsostubitza pertinentes se ad novos inconsuetos labores, taxas et contributiones decimarias cogi falso nobis detulisse, et mandatum ad Franciscum Tahi et Stephanum Gerdak, quo iisdem, ne ipsis colonis talia gravamina imponant, percipitur a nobis inique impetrasse. Quae cum ita se habeant, et a praedictis incolis praeter morem et consuetudinem a dominis terrestribus observatum nihil ulterius decimarum aut contributionum nomine exactum sit, Vestrae opinioni clementer assentientes, vobis iniungimus, ut mandata eo modo, quo censuistis, ad colonos ipsos pertinentiarum castri Zomzedwara et castelli Alsostubitza concipiatis nostrosque nomine mittatis, ut decimas omnes in specie e medio eorum iuste sine ulla tergiversatione et renitentia posthac obsequenter exolvant et dependant. Satisfiet eo modo clementi voluntati nostrae. Datae in civitate nostra Vienna undecimo die Decembris anno... sexagesimo septimo...

Mađarski državni arhiv, Benignae resolutiones, vol 548/1567, str. 87—89. Original.

24.

Beč, 23. I 1568.

Kralj Maksimilijan II javlja Ugarskoj komori da opoziva odluku po kojoj se desetina na susjedgradsko-stubičkim posjedima treba ubirati u naravi i da tamošnjim kmetovima dopušta da desetinu plaćaju na stari način.

Maximilianus Secundus... Reverende, Magnifice ac Egregii, fideles nobis dilecti. Quamvis superiori tempore consilio vestro ducti putaveramus utilius fore, si decimae vini in promonturiis castri Zomzedwara et castelli

Alsostubitz per provisorum illic nostrum Stephanum Gerdack non in pecunia, uti alias semper consuetum fuit, sed in specie exigentur, prout praefatus provisor etiamnum initium fecerat. Verum cum intelligamus colonos et subditos universos, externos quoque nonnullos in promonturiis praenotatis vineas colentes huic novae exactioni sese omni conatu opposuisse, et vos ex eodem Gerdak nunc isthic existente et ad rationem vocato certo cognoveritis decimarum in specie exactionem antea nunquam fuisse usitatam, neque eam sine laesione subditorum institui posse, simili modo ut vobis, nobis quoque videtur, eam innovationem exigendae decimae non debere exordium sumere nostro tempore, cum medietatem praenominatorum castrorum et castelli nunc apud manus nostras iure tantum sequestri teneamus. Quamobrem mandatum per vos isthic conceptum nobisque litteris vestris septimo huius mensis transmissum de decimis in specie reddendis suspendimus vobisque mandamus, ut veterem usum administrandae decimae subditis nostro nomine concedatis. Qua in re certae nostrae satisfiet voluntati. Idque vobis ad praefatas litteras benigne respondendum esse duximus. Datae in civitate nostra Vienna vigesimo tertio die Ianuarii anno... sexagesimo octavo...

Mađarski državni arhiv, Benignae resolutiones, vol. 549/1568. Str. 184—186. Original.

25.

Požun, 29. I 1568.

Ugarska komora prenosi Stjepanu Gerdaku kraljev nalog da desetinu od susjedgradsko-stubičkih kmetova treba ubirati po starom običaju u novcu, a ne u naravi.

Egregie domine... Cognoscet Dominatio Vestra Egregia ex iniecto exemplo mandati Sacrae Caesariae Maiestatis, domini nostri clementissimi, ad Cameram editi, quod Sua Maiestas decimas a colonis arcis istius Zomzedwara et castelli Also Stubycza in specie non exigendas, sed veterem usum illis concedendum esse clementer decreverit. Cui mandato Suae Maiestatis sese Dominatio Vestra Egregia accommodare debebit, et bene valeat. Datum Posonii die 29. Ianuarii anni [15] 68.

Mađarski državni arhiv, Expeditiones camerales 1568, fol. 107. Konzept.

26.

Beč, 2. II 1568.

Kralj Maksimilijan II nalaže Ugarskoj komori da predloži mjere koje treba poduzeti povodom tužbe provizora Stjepana Gerdaka protiv Franje Tahyja.

Maximilianus Secundus... Reverende, Magnifice ac Egregii, fideles nobis dilecti. Querimonias Egregii fidelis nobis dilecti Stephani Gerdak, quas super iniquis Francisci Tahy actionibus et illatis iniuriis passim in arce Zomzedwara, cuius ipse mediam partem tenet, eoque pertinentibus colonis nobis detulit, ex incluso eius scripto intellegetis. Quare vobis benigne praecipimus,

ut iis in deliberationem adductis, qua maxime via his controversiis sit occurrendum, quaeve superinde inquisitio instituenda sententiam nobis vestram quam primum declaretis.

Intelleximus autem praedictum Gerdakium administrationis praefecturae suae rationes vobis nunc exhibuisse. Quales eae sint quoque modo constitutae a vobis quoque certiores reddi volumus. Satisfiet eo modo benignae voluntati nostrae. Datae in civitate nostra Vienna, postridie Calendas Februarii, anno ... millesimo quingentesimo sexagesimo octavo ...

Mađarski državni arhiv, Benignae resolutiones, vol. 549/1568, str. 11—13. Original.

27.

Beč, 10. II 1568.

Kralj Maksimilijan II traži od Ugarske komore mišljenje i podatke o sukobima između provizora Stjepana Gerdaka i Franje Tahyja.

Maximilianus Secundus... Reverende, Magnifice ac Egregii, fideles nobis dilecti. Quid nobis inter cetera provisor noster Zomzedwariensis Stephanus Gerdak de provisione quadam sibi decreta, antequam ad hoc officium profectus fuerat, retulerit, ex adiecto scripto cognoscetis. Itaque mandamus vobis, ut super ea re consilium vestrum nobis scribatis, et de negotio suo adversus Franciscum Tahy informationem vestram acceleretis. Executuri benignam voluntatem nostram. Datae in civitate nostra Vienna, die decima Februarii anno ... sexagesimo octavo ...

Mađarski državni arhiv, Benignae resolutiones, vol. 549/1568. Str. 79—80. Original.

28.

Požun, 18. II 1568.

Ugarska komora dostavlja kralju Maksimilijanu II mišljenje o tužbi provizora Stjepana Gerdaka protiv Franje Tahyja.

Sacratissime Caesar... Querelas Stephani Gerdak, provisoris Sacrae Maiestatis Vestrae in medietate arcis Zomzedwara et castelli Also Stubbycza, contra magnificum dominum Franciscum Tahy scripto Maiestati Vestrae Sacratissimae porrectas nobisque pro demissa sententia nostra transmissas intelleximus. De quibus nil habemus aliud Maiestati Vestrae Sacratissimae humillime perscribere, quam cum uterque nunc istic in aula Maiestatis Vestrae Sacratissimae praesens sit, ut Maiestas Vestra Sacratissima querelas ipsas Gerdakii praefato Tahy proponendas ipsumque desuper quoque audiendum, atque utriusque responsa coram cognoscenda clementer demandare dignaretur. Quod si vero haec controversia nunc istic componi non posset, Banis Regni Sclavoniae negotium dandum demisse censeremus, ut de his omnibus diligenter in re praesenti cognoscerent, et uti negotium se habere compererint, de eo Maiestatem Vestram Sacratissimam scripto eorum informarent. Ipsi tamen Tahy serio edicendum esse humillime censemus, ne se in proventus Maiestatis Vestrae Sacratissimae immittere neque provisorum et familiam Maiestatis Vestrae ullo pacto turbare praesumat.

Quod ad rationes administrationis praefati Gerdak spectat, eas quidem Camerae huic Maiestatis Vestrae Sacratissimae exhibuit, quarum extractum summarium Maiestati Vestrae Sacratissimae hisce annexum humillime transmittimus, ex quo facile liquet, quoniam in statu rationes ipsae sitae sint. Quae, quamvis sint dubiae et probationibus careant, atque contrascriba Joannes Varasdiensis medio tempore sit mortuus, cuius etiam rationes nullae hic extant apud Cameram, cum quibus rationes Gerdakianae conferri debuissent, tamen tenuem (?) nostram censuram super iis, quae superflue erogata esse videbantur, addidimus. Et nisi odia inter ipsum Thahy et Gerdak ita exarsissent, non abs re fore putarem, si ab ipso Thahy rationes quoque suae super proventuum alterius medietatis administratione postularentur; quae cum rationibus Gerdaki conferrentur, cum proventus aequaliter sint collecti et ipse Thahy sit quasi contrascriba provisoris. Tamen cum verendum sit, ne ipse Thahy rationes suas proferre recuset (?) aut non puras sit exhibiturus, censemus rem hanc quoque ad inquisitionem esse reiciendam, quod ubi Maiestati Vestrae Sacratissimae benigne probabitur, nos conceptis hic inquisitionis ipsius capitibus eam fidedignis personis essemus commissuri.

Quantum ad alteram postulationem praefati Gerdakii attinet, ubi scilicet sibi expensas quas a die 17. Iunii usque festum S. Martini anni [15]66, quo officium hoc provisoratus Zomzedwariensis ingressus est, responsum de provisoratu arcis Zenderew expectando fecit, refundi postulat, non habet, clementissime Imperator, ipse Gerdak hac de re merito conquerendi causam, cum ipse et salarium, quod illi ratione contrascribatus Zygethiensis debebatur, et expensae ad clemens Sacrae Maiestatis Vestrae mandatum, ac insuper centum floreni donativi nomine, prout ex adiecta signatura patet, sint ex Camera hac Maiestatis Vestrae Sacratissimae persoluti, quibus domi expectando contentus esse potest. Id quod erat Maiestati Vestrae Sacratissimae ad utrumque eius clemens mandatum, scriptis Gerdakii una iterum remissis, humillime rescribendum. Quam Deus... Datum Posonii die 18. Februarii anno [15] 68.

Mađarski državni arhiv, Expeditiones camerales 1568. Fol. 27—28. Originalna numeracija 103. Koncept.

29.

Beč, 20. II 1568.

Kralj Maksimilijan II traži od Ugarske komore mišljenje što treba poduzeti za rješenje sukoba i nesuglasica između provizora Stjepana Gerdaka i Franje Tahyja.

Maximilianus Secundus... Reverende, Magnifice ac Egregii, fideles nobis dilecti. Commisimus vobis superiori mense, ut nos de negotio inter Franciscum Thahy et provisorum nostrum Zomzedwariensem Stephanum Gerdack componendo et qua ratione, et per quos de utriusque querelis certa inquisitio institui posset, consilio vestro adiecto certiores faceretis. Qua de re cum interea praefatus Thahy et Gerdack adiectis suis supplicationibus rursus coram nobis contentiones moverint, mandamus vobis benigne, ut negotium maturetis et his quoque scriptis diligenter excussis sententiam vestram nobis declaretis,

quid faciendum nobis esse arbitremini. Executuri benignarū voluntatem nostram. Datae in civitate nostra Vienna vigesimo die Februarii, anno... sexagesimo octavo...

Post scripta. Accipietis alteram Thahy supplicationem; opus autem esse censemus, ut commissarii non suspecti ordinentur et dies certa ipsi Thahio indicetur. Datum ut supra.

Mađarski državni arhiv, Benignae resolutiones, vol. 549/1568, str. 110—112. Original.

30.

Beč, 15. III 1568.

Kralj Maksimilijan Ugarskoj komori: slaže se s prijedlogom Komore, da se nesuglasice između Tahija i Gerdaka mogu riješiti samo istragom, što će je provesti sposobni povjerenici, a među njima jedan vijećnik Komore. Taj vijećnik neka se pridruži slavonskom protonotaru Damjanu i Ivanu Chuzyju, kojima je povjerena istraga. Johann von Syntzendorff ne može učestvovati u istrazi, jer je predviđen za drugi posao. Komora neka pošalje Kralju na potpis sve dokumente, koji su potrebni za početak istrage, a Gerdaku neka javi, da mirno čeka dolazak povjerenika.

Maximilianus Secundus... Reverende, Magnifice ac Egregii, fideles nobis dilecti. Accepimus binas vestras epistolas XXVIII et XXVII iam elapsi mensis Februarii ad nos scriptas de negotio Francisci Thahy contra provisorem nostrum in arce Zomzedwar Stephanum Gerdack constitutum. Cum itaque et nos arbitremur eas controversias non aliter nisi per inquisitionem certarum personarum rerum cognitione et iudicio pollentium sopiri posse, placet nobis consilium vestrum, ut negotium investigationis non saltem Banis Regni Sclavoniae detur, verum etiam cum de administratione proventuum praefatae arcis et castelli sit diligenter propter dissipationem ipsi Gerdackio per Thahium insimulatam inquirendum, unus e collegio vestro magistro Damiano, prothonotario Regni Sclavoniae, et Joanni Chuzy adiungatur, iis simul omnino inquisitio demandetur.

Quod autem Joannem a Syntzendorff huic commissioni adiungendum arbitramini, id eo fieri non potest, quod vigesimo huius mensis illi ad montanas civitates proficiscendum erit. Itaque mandamus vobis benigne, ut in praefatos commissarios certam instructionem, mandata item necessaria confici et huc nobis ad signaturam transmitti curetis, ac diem, quo commissarii conventuri sint, ipsi Gerdackio* quoque significetis, serio nostro nomine edicentes, ne in posterum provisorio et reliquis officiariis nostris ullo pacto molestus esse, verum institutam inquisitionem quiete expectare velit, neque proventus nostros perturbare praesumat.

Quod ad rationes administrationis praefati Gerdackii spectat, easque quoque iuxta consilium vestrum commissariorum inquisitioni submitendas esse censemus.

Quod ad postulationem Gerdackii attinet de certis sibi reponendis expensis, declarabimus illi de sententia vestra postulationem hanc locum ha-

bere non posse. Idque vobis, remissis utriusque supplicationibus, benigne respondere volumus. Executuri praefato modo certam voluntatem nostram. Datae in civitate nostra Vienna quindecimo die mensis Martii, anno... sexagesimo octavo...

Mađarski državni arhiv, Benignae resolutiones, vol. 549/1568, str. 104—107. Original.

* Po smislu bi trebalo pisati »Tahio«.

31.

Susjedgrad, 5. V 1568.

Provizor susjedgradsko-stubičkog vlastelinstva Stjepan Gerdak izvještava Ugarsku komoru o nekoliko prekršaja Franje Tahyja i poslovima koje upravo obavlja.

Reverendissime, Generosi, Magnifici ac Egregii domini... Prout vestris... Dominationibus in prioribus quoque scriptis meis significavi, ita nunc quoque humillime significo me adhesisse mandato Sacrae Caesareae Regieque Maiestatis michi iniuncto, ac informationi Vestrarum... Dominationum singulis diebus expectans adventum dominorum commissariorum, in quorum adventu eorumque noticia optarem iam certus fieri, hic enim iniuriae, calamitates ac afflictiones miserorum colonorum adhuc in dies et in dies magis ac magis sucrescunt, nunc denuo ex illis miserimis propulsis colonis unus per servitores domini Tahy captivatus est et inferratus.

Caeterum, prout iam Vestris... Dominationibus optime constat, dominum Tahy in mea absentia ab extraneis certum numerum vini decimalis exegisse, qui numerus vini de die in diem decrescit, iam enim quatuor aut quinque vasa vinorum sunt exposita ad usum mense et familiae suae, pro parte vero Sacrae Caesareae Regieque Maiestatis de illo numero vini adhuc nichil est datum, Vestrae ittaque... Dominationes dignentur me informare, utrum sit dividendum, aut expectandus adventus dominorum commissariorum, alteri quoque parti iniungant et committant, ne ultra consummantur usque ad tempus divisionis propter evitandum damnum Suae Maiestatis.

Ego nunc occupatus sum in divenditione vini et frumentii, quo commodius possem divendere, hic enim in tabernis educilari nequaquam possunt, sed cogor in diversis partibus inter amicos loca querere, ubi melius divendi aut educilari possent, videns ubique habundantiam omnium victualium, gratia sit Deo omnipotenti. In reliquo... Datum ex castro Zomzedwara 5 die Mai 1568.

Mađarski državni arhiv, Litterae ad Cameram exaratae, fasc. 27, fol. 9—11. Original.

32.

Požun, 13. V 1568.

Ugarska komora obavještava provizora Stjepana Gerdaka da se protiv njegovih postupaka potužio Franjo Tahy; ujedno mu naređuje da ubuduće ne daje povode za takve pritužbe.

Egregie domine... Etsi superiore quoque tempore Dominationem Vestram Egregiam requisiverimus, et Sacrae Caesareae Maiestatis, domini nostri

clementissimi, nomine serio eidem commiserimus, ne ullius discordiae et offensionis contra magnificum dominum Franciscum Tahy author esset, sed concordiam pacemque summo studio coleret, ne ansa illi praeberetur de Dominatione Vestra merito conquerendi. Idem tamen dominus Tahy per servitores suos nobis noviter (?) significandum curavit Dominationem Vestram quiescere nullo modo posse, seque ipsum et familiam eius in dominio Zomzedwariensi existentem variis iniuriis, insolentiis et diversis damnis lacessere, quibus quidem Dominationis Vestrae actis usque adeo dictus dominus Tahy commotus sit, ut patientiam ulteriorem in ferenda Dominationis Vestrae persona nullo pacto se habere posse affirmet, rogatque nos summis precibus, ut huic malo occurrere deque alio provisorio constituendo curam habere velimus. Cum autem non ignoret Dominatio Vestra deliberationem Sacrae Caesareae Maiestatis de dimittendis ad Zomzedwar certis commissariis, qui controversiam inter vos diu agitatam et quotidianis iniuriarum auctionibus excrescentem cognoscant, Suamque Maiestatem de re cognita informent, commissarii quidem propter praesentia iudicia generalia, quae hic celebrantur, expediri non poterunt, absolutis tamen iudiciis ii dimittentur. Interim, ut rerum Zomzedwariensium status quietus et pacificus esse possit, Dominationi Vestrae Sacrae Maiestatis Caesareae autoritate firmissime denuo comittimus et mandamus, ut quantum umquam in suis viribus et potestate situm erit, pacis et concordiae sit studiosus, neque vel minima re dissensionis et quaerimoniae alicuius iustam occasionem praebeat, seque intra limites officii sui contineat. Nam Sacra Maiestas Caesarea controversiam Zomzedwariensem non cognoscere modo, sed partem alterutram, que in culpa esse comperietur, aut utramque, si communis erit culpa, punire quoque certo statuit. Quapropter si et gravem indignationem et poenam incurrere non vult, studeat quieti et paci, quam ut altera pars quoque mutuam colat, domino Tahy per servitores suos denunciandum curavimus. Bene valeat Dominatio Vestra. Datum Posonii 13. Maii anno [15] 68.

Mađarski državni arhiv, Expeditiones camerales 1568, fol. 60. Originalna numeracija 338. Koncept.

33.

Poslije 17. X 1568.

Provizor susjedgradsko-stubičkog vlastelinstva Stjepan Gerdak obavještava Ugarsku komoru o uvodenju fiskalne uprave na trakošćansko vlastelinstvo i djelatnosti kraljevskih povjerenika koji su trebali riješiti njegove sporove s Franjom Tahyjem.

Reverendissime, Magnifici... Non putavi silencio pertranseundum fore, quibus de causis hanc mei itineris fatigam huc Posonium assumpserim, praesertim cum insint mihi certa ac evidentissima, et non parvi momenti negocia, tum cum Dominationibus Vestris, tum etiam in sede Sacrae Caesareae et Regiae Maiestatis iudiciaria habitis.

Primum itaque inter omnia itineris mei assumptio fuit, quod litteras introduccionis et statucionis super arce Trakostyan et pertinentiarum suarum pro parte praefatae Caesareae et Regiae Maiestatis in Capitulo Zagrabienisi noviter confectas et emannatas non per aliquem ex predialibus Suae Maiesta-

tis (cum tanti sint momenti), sed personaliter ad manus Reverendissimae ac Egregiarum Dominationum Vestrarum deferre volui, quas iam beneficio Dei eisdem assignavi.

Secundo. Cum proximis superioribus diebus Sacra Caesarea et Regia Maiestas certos suos commissarios ad revidendas et inquirendas differentias ac controversias inter magnificum dominum Franciscum Thahy et me expenderit, praefatique domini commissarii inter ipsum dominum Thahy et me differentiis in eisdem, potissimum tamen de mei anni preteriti officiolatus ratione propter temporis brevitatem nullum certum finem consequuti fuerint, nunc itaque cum ipsis dominis commissariis hic personaliter omino (!) decrevi de prescriptis omnibus tractare, illisque penes instructionem Suae Maiestatis omnes in ratione ipsa consequutas gravitates explicare et finem imponere.

Cum autem et nunc praefatus Franciscus Thahy ab illacione diversarum iniuriarum cessare non desinit, quandoquidem proxime elapsis diebus in Zomzedwara in stabulo Sacrae Caesareae et Regiae Maiestatis, praesente ibidem postha Suae Maiestatis Gaspare, quem... Dominationes Vestrae ad me miserant, Balthasar Thahy, ignoratur quo malo spiritu ductus, unum servitorem meum, in terram prostratum, dirissimis verberum plagis affici fecisset, ibidemque semimortuum relinquisset. Volui itaque Sacrae Maiestati Caesareae et... Dominationibus Vestris hanc calamitatem meam notificare, supplicans, dignetur me meosque a praefato Thahy protegere.

Praeterea, cum a viginti fere annis ratione occupationis quorundam bonorum meorum et curiae nobilitaris cum magnifico domino Ladislao Banffy certas lites habuerim...*

Itaque... his de rebus et necessitatibus... ipse personaliter ad Suam Maiestatem cum litteris... Dominationum Vestrarum ascenderem, unde de his omnibus a... Dominationibus Vestris optatam expecto relacionem.

Mađarski državni arhiv, NRA 632/21. Original.

*Ispušteno je 25 redaka o Gerdakovoj privatnoj parnici protiv L. Banffyja i o slaboj snabdjevenosti tvrđave Trakošćan.

34.

Donja Stubica, 8. XII 1568.

Susjedgradsko-stubički vlastelin Franjo Tahy optužuje pred Ugarskom komorom provizora Stjepana Gerdaka zbog slabe uprave vlastelinstvom i predlaže da se fiskalna polovica susjedgradsko-stubičkih posjeda dade u zakup.

Magnifice, Egregii Domini... Accepi binas litteras Dominationum Vestrarum quas et intellexi. Quidquid in prodigalitate Stephani Gerdak ac etiam in propriis ac meorum molestiis dominis commissariis retulli, Vestris quoque Dominationibus... perscripsi. Ea debui facere ex mandato Suae Maiestatis et pro meo (!) meorumque oppressione et intollerabilibus vituperiis. Si igitur Dominationes Vestrae aggraventur talibus meis scriptis, curabo deinceps, ut ne sim molestus talibus Dominationibus Vestris... Sed speravi ea Vestris quoque Dominationibus placere, que Sua Maiestas mandaverat, quid autem statuerit Sua Maiestas in eis damnis Suae Maiestatis et defectu octo millia Renesium, quod debebat ipse Gerdak ad duos annos administrare, stat in

arbitrio Sue Maiestatis et Vestrarum Dominationum, sed mea et meorum privata oppressio et illicita sua verba, damna, per me oblivisci non possunt. Nec dubito Suam Maiestatem non providere et proprio damno et meis oppressio- nibus, et ex eo aut mihi Sua Maiestas clementer arendare dignabitur, aut alium loco ipsius utilliorem Suae Maiestati et mihi quietiorem Sua Maiestas locare faciet.

Nam si mihi ista bona una cum iuribus meis vendenda erunt, nec secum manere vollo. Haec volui Dominationibus Vestris... pro conclusione signifi- care, ea omnia, quae Vestris Dominationibus significavi, et Sue Maiestati significanda curabo. Cum iis Dominationes Vestras bene valere opto. Datum ex Also Ztubycza 8. Decembris 1568.

Mađarski državni arhiv, Acta cameraalia, B-1831, fol. 161. Original. Autograf.

35.

Beč, 22. II 1569.

Kralj Maksimilijan II nalaže Ugarskoj komori da podnese svoje mišljenje o ponudi Franje Tahyja da mu se za 4000 forinti godišnje preda u zakup fis- kalna polovica susjedgradsko-stubičkog vlastelinstva.

Maximilianus Secundus... Reverende, Magnifice ac Egregii, fideles no- bis dilecti. Obtulit sese Franciscus Tahy quatuor millia florenorum pro me- dietate arcis Zomzedwara numeraturum per annum, ut antea vobis eius sup- plicationem transmisimus. Quare mandamus vobis benigne, ut super illa ob- latione sua consilium vestrum nobis statim rescribatis, una adiungentes, quan- tum provisor Gerdakius annuatim in rationes proventuum nobis exhibitas posuerit. Executuri benignam voluntatem nostram. Datum in civitate nostra Vienna, vigesima secunda die Februarii, anno... sexagesimo nono...

Mađarski državni arhiv, Benignae resolutiones, vol. 550/1569, str. 137—138. Originalna numeracija 31. Original.

36.

Požun, 25. II 1569.

Ugarska komora obavještava kralja Maksimilijana II o ispitivanju sukoba iz- među Franje Tahyja i Stjepana Gerdaka i predlaže da se Tahyju ne prepusti u zakup fiskalni dio vlastelinstva.

Sacratissime Caesar... Duo accepimus Maiestatis Vestrae Sacratissimae mandata, unum XV, alterum vero XXII praesentis mensis die edita, in nego- tio controversiarum inter magnificum dominum Franciscum de Thah et Ste- phanum Gerdak, provisorem Maiestatis Vestrae Sacratissimae in medietate arcis Zomzedwara et castelli Also Stubycza constitutum, inde ab initio exor- tarum, ac item de postulatione praefati Thahy, in qua pro medietate proven-

tuum dictae arcis et castelli (Gerdakio ab officio ammoto) quattuor millia florenorum Rhenensium se Maiestati Vestrae Sacratissimae per annum numeraturum offert. Clementissime Imperator! Quod ad contentiones atque iurgia inter Thahium et Gerdakium vertentia spectat, expediveramus quidem adhuc anno praeterito ad earum cognitionem de clementi Maiestatis Vestrae Sacratissimae mandato egregios magistrum Damianum prothonotarii locumtenentem Maiestatis Vestrae et Joannem Chuzy in rem praesentem, qui hactenus a se exequutae provinciae nullam ad Cameram hanc, licet saepe per nos requisiti, fecerunt relationem, unde evenit quod hucusque nihil certi ea de re ad Maiestatem Vestram Sacratissimam perscribere potuerimus. Qui cum modo ambo sint istic Viennae, eos ut relationem suam Maiestati Vestrae Sacratissimae exhibeant, coram requirendos esse demisse censemus, qua cognita sese Maiestas Vestra Sacratissima clementer resolvere posset. Cum autem vereamur nullum finem contentionum futurum, nisi aliter prospiciatur, et vero Maiestas Vestra Sacratissima eam partem bonorum iure tantum sequestri usque ad decisionem causae, quae adhuc inter Maiestatem Vestram Sacratissimam et viduam Henningh a Teuffenbach vertitur, possideat, bona illa praefato Thahy his potissimum de causis minime arendanda censemus, ne ipse hoc praetextu totum dominium eorum bonorum, in quibus ius quoddam praetendit, adpraehendat, ac miseros subditos, uti est homo durus, vexet iniuriisque adficiat, sed potius hanc rationem ineundam, quam proxime de arce Trakostyan reverendissimo domino Episcopo Zagrabensi committenda Maiestati Vestrae Sacratissimae humillime perscripsimus, nimirum ut Gerdakio ammoto pars illa bonorum interim, donec scilicet causae huic finis imponatur, magnifico domino Francisco Zluny Bano ea lege committeretur, ut servata diligenti ratione, Camerae huic exhibenda, proventus administraret, praesidiumque (?) pro parte Maiestatis Vestrae Sacratissimae in utroque loco necessarium aleret, atque ex proventibus ipsis salarium suum 2500 florenorum exciperet, residuum vero eo, quo Maiestas Vestra Sacratissima clementer ordinaverit, administrandum curaret. Si autem Maiestas Vestra Sacratissima certos ob respectus eam provinciam praefato domino Zluny minus committendam esse benigne censuerit, alium loco Gerdakii provisorem praefatis bonis praeficiendum esse demisse censeremus. Atque hoc modo contentiones inter Thahium et Gerdakium cessaturas arbitraremur.

Quantum vero praefatus Gerdak primi anni administrationis suae rationibus Camerae huic exhibitis de proventibus utriusque loci inseruerit, ad ac quantam summam sese proventus illi per anni spacium extendere videantur, hoc Maiestas Vestra Sacratissima ex hic adiecto extractu benigne cognoscere dignabitur. Ubi vero praefatus Gerdak rationes totius administrationis suae Camerae huic exhibuerit, tunc patebit clarius in quantam summam sese proventus illi exendant.

Testimonia per Thahium contra Gerdak et colonos Maiestatis Vestrae extraordinarie collecta, hisce annexa Maiestati Vestrae Sacratissimae humillime remittimus, locum nullum habere censemus, praesertim cum ea collateraliter in favorem Thahy collecta videantur.

Mittimus etiam Maiestati Vestrae Sacratissimae scriptum Gerdakii ad Cameram hanc in sui defensione editum... Datum Posonii, 25. februarii, anno 1569.

Mađarski državni arhiv. Expeditiones camerales 1569, fol. 36—37. Konzept.

Beč, 9. III 1569.

Kralj Maksimilijan II nalaže Ugarskoj komori da razmotri izvještaj kraljevske komisije o sporovima između provizora Stjepana Gerdaka i Franje Tahyja i da o njemu podnese svoje prijedloge.

Maximilianus Secundus... Reverende, Magnifice ac Egregii, fideles nobis dilecti. Postulavimus a Magistro Damiano de Aranyan et Ioanne Chuzy relationem omnium actorum inter magnificum Franciscum Tahy et Stephanum Gerdak superiori anno tractatorum, quam nobis hodie primum exhibuerunt. Itaque mandamus vobis benigne, ut eam relationem diligenter et mature perlegatis, ac nobis adiecto consilio votoque vestro remittatis, quo certius in eo negotio etiam ad priores literas vestras vigesima quinta die Februarii ad nos datas statuere et respondere possimus. Executuri certam voluntatem nostram. Datae in civitate nostra Vienna, nona die Martii, anno... sexagesimo nono..

Mađarski državni arhiv, Benignae resolutiones, vol. 550/1569, str. 36—37. Original.

Požun, 15. III 1569.

Ugarska komora podnosi kralju Maksimilijanu II svoje mišljenje o sukobima između provizora Stjepana Gerdaka i Franje Tahyja i predlaže da se Tahyju za 4.000 forinti iznajmi fiskalna polovica vlastelinstva.

Sacratissime Imperator... Accepimus submissee clemens Sacrae Maiestatis Vestrae mandatum simul cum relatione commissariorum, nuper ad cognoscendas controversias inter magnificum dominum Franciscum de Thah et Stephanum Gerdak exortas de speciali Maiestatis Vestrae Sacratissimae commissione expeditorum. Qua quidem diligenter perlecta accurataque consideratione perpensa comperimus discordias illas inter Tahium et Gerdakium inde esse natas, quod Gerdakius tamquam fidelis et constans Maiestatis Vestrae Sacratissimae servitor de iure Maiestatis Vestrae nihil cedens ipsi Tahio omnibus modis resistere et auctoritatem atque dignitatem Maiestatis Vestrae Sacratissimae defendere conatus sit. Cum itaque Gerdakium eius naturae esse animadvertimus, quod in negociis Maiestatis Vestrae Sacratissimae nemini cedat, eum iuxta 25. Februarii die Maiestati Vestrae perscriptam nostram humillimam opinionem (cui etiam modo demisse inheremus) ex eo loco ad aliud servitium transponendum, quemadmodum et praedictorum commissariorum est opinio, partem illam bonorum domino Zluny bano, conditionibus in eodem scripto nostro Maiestati Vestrae Sacratissimae propositis, usque ad decisionem iudicalem causae illius esse committendam. Nam etiamsi Gerdakii loco alius provisor substituat, tamen rixae et contentiones [non] cessarent, praesertim si ipse provisor officio suo fideliter fungi vellet. Excerptimus quoque ex ipsa relatione commissariorum certos articulos aliquid momenti in se continentes, quos hisce adnexos Maiestati Vestrae Sacratissimae humillime exhibemus, censentes demisse, ut cum proventus Maiestatis Vestrae Sacratissimae per dominum Thahy pro seipso usurpati, et ex colonis, qui census et servitia praestare tenebantur, libertinos fecerit in praeiudicium

Maiestatis Vestrae Sacratissimae, ipsum dominum Tahy serio Maiestatis Vestrae mandato esse requirendum, ut res pro se usurpatae simul cum censu a libertinis illi pro parte Maiestatis Vestrae cedentes provisorii eiusdem absque ullo prorsus defectu administranda et restituenda curet, bona autem ipsa et colonos in pristinum statum atque ordinem redigat.

Caeterum quod ad provisorum Gerdakium spectat, cum eius fides atque industria cum in Babolcensi, tum etiam Zygethiensi contrascribatu, atque etiam in moderno officio satis sit cognita, habeatque solertiae adiunctam virtutem militarem, eum quattuor illis personis, nuper Maiestati Vestrae Sacratissimae ad provisoratum arcis archiepiscopalis Strigoniensis loco Petri Usalii nominatis, adiciendum demisse putavimus, ad munusque illud subeundum haud ineptum fore existimavimus.

Iam in clementi Maiestatis Vestrae Sacratissimae situm erit arbitrio, quid utroque in negotio pro summa sua Imperiali sapientia benigne statuere dignabitur. Quod habuimus ad clemens Maiestatis Vestrae Sacratissimae mandatum, scriptis omnibus iterum remissis, humillime rescribendum.

(ispušteno 12 redaka o predaji tvrđave Trakošćan)

Datum Posonii XV. Marcii anno [15] 69.

Mađarski državni arhiv, Expeditiones camerales 1569, fol. 39—40. Konzept.

39.

Požun, 29. XI 1571.

Kraljevski povjerenik Juraj Hozutoti i Franjo Nagywathy izvještavaju Ugarsku komoru o uvođenju komorske uprave na polovicu susjedgradsko — stubičkih posjeda i tužbama kmetova protiv Tahyja zbog povećanja feudalnih tereta.

Reverendissime, magnifice, generosi ac egregii domini, patroni nobis colendi, Praemissa servitorum nostrorum diligenti oblatione.

De spetiali Sacratissimae Romanorum Imperatoriae et Regiae Maiestatis, domini nostri clementissimi, mandato, expediverant nos Dominationes Vestrae... ad recuperationem medietatis arcis Zozed et castelli Also Stubicza cum eorum pertinentiis ex manibus magnifici domini Francisci Tahy, etc., apud quem scilicet ad beneplacitum Maiestatis Imperatoriae in arendam fuisset. Itaque benignae voluntati Caesariae Maiestatis et Dominationum Vestrarum satisfacere optantes ad dominum Franciscum Tahy in arcem Zozed quarta die currentis mensis pervenimus, qui nos in arcem recepit, ac nobis sequenti die mandatum Imperatoriae Maiestatis ei proponentibus respondit, se mandatum et voluntatem Sacratissimae Caesariae et Regiae Maiestatis, domini sui clementissimi, intelligere, ac etiam recordari fidelitatis suae et offitii, necnon obligationis, quam literae suae reversales super restitutione dimidietatis bonorum continebant. Quare absque ulla difficultate et renitentia remitteret, ut et obligationi ac fidelitati suae satisfaceret et malevolorum suorum ora obturaret, qui sparsissent de se, quod resignare recusaret, cum tamen illud nec cogitasset quidem. Quod autem ad primam requisitionem Camerae non resignasset praedictorum bonorum medietatem, nulla alia causa fuisset, quam quod Maiestati Imperatoriae uti domino suo clementissimo supplicare voluisset, ut iuxta aliarum literarum suarum contentum usque com-

pletionem summae salarii sui Canisiensis hoc etiam tertio anno conditione in literis adscripta habere potuisset. Verum cum suam supplicationem locum non habere, ac determinatam voluntatem Caesareae Maiestatis de restitutione cognosceret, licet sperasset omnino sibi a Maiestate Sua Imperatoria oblationem alteris literis factam observari, tamen uti prius dicens, absque ulla remora medietatem arcium et bonorum restitueret, hoc saltem petens a nobis, ut adventum filii sui Balthazaris Tahy maximi natu, qui Canisiae militaret, expectaremus, ut is in conscriptione inventarii nobiscum procederet, cum ipse iam usum pedum amisisset, ac reliquae etiam tractationi optaret ut interesse posset. Intellecta eius animi promptitudine ac studio in Caesaream Maiestatem, petitioni eius consensimus. Postulavimus etiam aequalem medietatem universorum proventuum ordinariorum et extraordinariorum a XXVII Iunii mensis proxime elapsi provenire debencium una cum messis et vindemiae praesentis anni medietate. Qua re intellecta perturbatus, dixit se minime teneri ad restitutionem medietatis messis, eo quod anno primo transactionis medietatem messis pecunia magna emisset, vindemiae et aliorum proventuum medietatem a XXVII Iunii proveniencium aequalem partem restitueret. Deinde multis ultro citroque verbis prolatis respondit se intra hosce dies, quibus reditum filii expectaret, cogitaturum. Adventum filii sui quadriduo expectavimus. Et ne longior expectatio nobis in mora esset, sollicitavimus dominum Tahy de resignatione medietatis et de responso dando. Nonno deinde huius mensis die curavit se ad nos deduci, ac coram egregiis Joane Forchych vicebano, et Joanne Petrychewith, vice magistro prothonotario regni Sclavoniae, huiusmodi verbis loquutus est. Mandatum ac certam resolutionem Sacratissimae Romanorum Caesareae et Regiae Maiestatis, domini mei clementissimi, ex literis eius Maiestatis et verbis suorum commissariorum Dominationum Vestrarum, inquit, de resignatione medietatis arcis Zomzedwara et castelli Stubycza certo accepi. Voluntati itaque eius Maiestatis humiliter obtemperare volens, iuxta literas meas reversales dimidietatem arcis cum pertinentiis ac inventario mihi assignato absque ulla difficultate Maiestati Suae Imperatoriae ad manus Dominationum Vestrarum commissariorum Suae Maiestatis nunc iam defacto resignabo, tali tamen protestatione coram praedictis Vicebano et Vicemagistro Prothonotario praemissa. Quod Maiestas Imperatoria uti iustus imperator et rex intuitu primum iusticiae, ac deinde etiam suorum fidelium servitiorum, Divo Imperatori Ferdinando genitori Maiestatis Suae faelicissimae recordationis, ac deinde etiam Maiestati Suae et regno praestitorum benigne prospicere dignaretur, ne iuribus suis et suorum filiorum, quod in praefatis bonis post familiam Bathori haberet, praedudicaretur, ac aliquomodo illud impediretur, sed salva et integra sibi et suis haeredibus relinqueretur. Item ut eius Maiestas Imperatoria ius quale in dictis bonis haberet cognosceret, aut cognoscendum ordinariis iudicibus regni committeret. Et ne ante huiusmodi cognitionem adversariis suis medietatem arcis et bonorum Zomzedwara et castelli Also Stubicza restituere dignaretur. Nam hoc cum protestatione diceret, semota omni suspitione inobedienciae, quod adversarios suos nulla ratione admittere posset, nec vellet, etiam si sibi in vinculis Maiestatis Imperatoriae moriendum esset. Primo propterea, quod illi fidem sibi datam non servaverint, sed eum et suos ex arce excluserint, uxorem suam huc atque illuc trudendo ac verberando cum filliabus suis nudis pedibus multis vituperiis aliisque iniuriis verbis additis eiecerint. Ex quibus verberibus et trusionibus uxori suae mors intempesta certo evenisset, cuius rei cum nec ipse ullo unquam tempore

nec sui filii oblivisci possent. Et secunda causa esset, quod homicidia, quae hinc orirentur, evitare cuperet, et in posterum adversariorum fidei nihil fideret. Hisque dictis claves arcis manibus nostris tanquam commissariorum Maiestatis Imperatoriae assignavit, cui breviter respondimus, se in resignatione medietatis arcis et bonorum ac proventuum omnium id facere, quod deceret studiosum et fidelem servitorem ac consiliarium Maiestatis Imperatoriae, et cognitum haberet Maiestatem Imperatoriam iusticiae amantem esse, nec cuiusquam fidelium suorum iuribus derogare vel violare velle, idque respondit quod universorum medietas a XXVII Iunii mensis elapsi eius Maiestatem concerneret. Ex quibus si quid exactum iam esset ad manus provisoris Suae Maiestatis istic constituti assignaret, quod vero restaret inexactum, illud una cum suo officiale exigeretur ac aequaliter divideretur. De messe huius anni respondit sibi difficilimum esse, quod medietas eius petatur, cum de iure messis integra ipsum concerneret, tamen ut suam obedientiam declaret, messis medietatem eius Maiestati concederet, ita tamen, ut semen illud, quod terrae fuit mandatum anno elapso proprium suum fuerit, sibi restituatur. Oppugnativimus rationibus quibus potuimus, quod non debeat seminis etiam medietas sibi restitui, verum ut rem paucis absolveret, reliquit iudicio Vicebani et Vicemagistri Prothonotarii, qui iustum postulare eum dixerunt. Et ne insciis Dominationibus Vestris... per nos quid ageretur, impetravimus a domino Tahy, ne medietatem seminis interim exciperet, donec ad eandem hoc negotii referremus. Iam iudicio Dominationum Vestrarum... committimus, quid ea in re sit agendum. Nobis pro nostro iudicio videtur, medietas seminis messis praeteritae ei restitui debere, eo quod id omne proprium suum fuerit, et tota messis ex suo semine constiterit. His ita peractis inventarium iuxta regestum tempore assignationis arcis Zozed ad manus domini Tahy confectum conscripsimus, quod sub signo A. exhibemus.

Deinde advocato Nicolao Chepregy racionista domini Tahy postulavimus regesta tam frumenti omnis generis huius anni, quam etiam vinorum produci, quibus productis ab eo solemniter iuramentum sumpsimus, quod de proventibus nihil celaret, sed fideliter universos proventus vini et frumenti ac alios indicaret, regestumque iustum et verum produceret, qui respondit se minime debere servire domino suo cum iactura animae suae, ob id fateretur se vera regesta produxisse, et nec alia habere, ac etiam de proventibus nihil celaret, cum et dominus suus hoc idem sibi mandasset. Ita computata quantitate vini et frumenti, eam in duas aequales medietates discrevimus, et quanta autem uniuscuiusque sit quantitas, ex regesto per provisorum subscripto, littera .B. signato, item ex brevi signatura omnium proventuum per nos conscripta elemento .C. notata, Dominationibus Vestris... optime constabit. Ita fecimus etiam in aliis locis allodiaturis extra arcem habitis, et in castello quoque Also Stubycza, quae omnia ad manus provisoris assignavimus. Omnibus igitur iuxta mandatum Caesariae Maiestatis ad manus nostras assignatis et receptis, literas eius reversales domino Tahy restituvimus, una cum restanti summa salarii sui Canisiensis, scilicet octingentorum octuaginta octo florenorum Rhenensium et cruciferorum 24, quam pecuniam ab egregio domino Ambrosio litterato de Gregoryancz de commissione Caesariae Maiestatis accepimus datis ei nostris literis recognitionalibus, et literas Caesariae Maiestatis apud Tahium habitas tam de summa salarii sui Canisiensis, quam transactionis super arendatione arcis Zozed ab eo recepimus ac cassandas Domina-

tionibus Vestris... damus. Constituimus autem in provisorum tam in arce Zomzedwara, quam in Also Stubicza, nobilem Michaelē litterarum Herlenowych, qui antea quoque ibidem rationistam ad partem Maiestatis Imperatoriae egerat. Ita ut etiam proventus castelli Stubicza curaret, ac rationem reddere de amborum arcis et castelli redditibus teneatur. Qui ordinem habet ad tres equos, per annum habebit ratione officii centum florenos, ex quibus tenetur in Stubicza unum rationistam intertenere, ac ad duos servitores prebendam et equis suis pabulum mediocriter: item tritici quartalia XX, vini cubulos duodecim, a quo reversales literas sumpsimus, easque praesentavimus sub elemento .D.

In castellanum autem arcis Zozed constituimus egregium Stephanum Bukassoczy, virum nobilem ac militarem ac possessionatum in Sclavonia, qui habet ordinem ad duos equos in singulos per sedecim florenos, item ad personam suam ratione officii XXV florenos, et pro equis duobus faenum et per annum triginta quartas avenae, servitori prebendam instar aliorum agazonum, a quo etiam literas reversales accepimus, quas eisdem offerimus sub litera .E. Intertentur autem pro custodia arcis decem pedites cum solutione novem florenorum per annum. Vicecastellano vero per florenos duodecim solvitur ac prebenda diurna. Item duo vigilatores, cocus, pistor et claviger. In Stubicza castellanus ordinatus est nobilis Joannes Baxay, nobilis regni Sclavoniae, cum equis duobus; ad unum et personam suam habebit florenos viginti quinque, ad alterum florenos sedecim cum mensa et pabulo. Item pedites quatuor cum simili solutione peditum arcis Zozed, cuius etiam literas reversales sub signo .F. exhibemus.

Nec hoc silentio praetermittendum duximus, quod tota communitas pertinentium castelli Also Stubicza conquestum ad nos convenerant (!), ac graviter conquesti sunt contra magnificum dominum Franciscum de Tah suumque officialem seu viceprovisorem de diversis gravaminibus quibus affecti essent, et in dies afficerentur, nimirum quod praeter solitum maior numerus cubulorum sessionalium eis impositus esset, praeterea quod multae et magnae exactiones pecuniariae ab eis fierent, labores continui. Item omnium gravissimum quod ad eos vina adeo pessima, quod nullum animal brutum bibere posset, ad educillandum exponerentur, et nihilominus ab eis precium pro libito suo sine ullo respectu aut consideratione vilitatis et defectus exigeretur. Quae gravamina nisi mitigarentur, eos aufugere ex pertinentiis dicti castelli ominis cogent. Quorum querelam cum dominus Tahy intellexisset, multis verbis iniuriosis prius in illos coniectis, minatus est nonnullis ex ipsis suspendium, quibus nimis valde terri miseris sunt, nec sciunt quid faciant. Nos diligenter cum domino Tahy hac de re egimus, ut gravamina alleviaret, neve miseris supplicium minaretur, unde aufugere cogentur. Hoc saltem apud eum efficere potuimus, ut vellet cognoscere, quantum quilibet colonorum terrae arabiliū (!) haberet, ac sessionales cubulos cum provisorum Maiestatis Imperatoriae ratione terrarum eis adscriberet. Ad alia respondit sibi quoque vivendum esse, nec sciret aliter nisi opera colonorum vivere, ac sibi concederetur bonis suis uti, sicuti alii regnicolae uterentur.

Caeterum sub discessum nostrum assignavit nobis memoriae quasi causa scriptum quoddam, quod continet summam antea dictorum suorum de iuribus suis quod haberet in arce Zozed et Also Stubicza, quidve a Caesarea Maiestate suppliciter fieri pro iusticia peteret, quod etiam Dominationibus Vestris... sub litera G exhibemus.

Haec sunt per nos iuxta Dominationum Vestrarum... commissionem in recuperatione medietatis arcium Zozed et Stubicza acta. Nos gratie et benevolentiae earundem commendantes. Posenii die XXVII Novembris anno salutis 1571.

(dva privatna pečata)

Georgius Hozutoti manu propria.
Franciscus Nagywathy manu propria.

Hofkammerarchiv u Beču, Hoffinanz in Ungarn, rote Nr. 23, fol. 64—67.
Original. Prilog pismu Ugarske komore Kralju od 7. XII 1571,

40.

Požun, 7. XII 1571.

Ugarska komora podnosi kralju Maksimilijanu II izvještaj kraljevskih povjerenika koji su restituirali komorsku upravu na susjedgradsko-stubičke posjede.

Sacratissima... Redierunt ad nos commissarii, qui ad recipiendam de manu magnifici Francisci Tahy dimidietatem arcis Zomzedwara et castelli Stubicza missi fuerant. Quorum relationem una cum aliis scriptis quibusdam, quae ad Maiestatem Vestram Sacratissimam mittenda putavimus, brevi nempe consignatione proventuum littera C. notata, et quietantia eiusdem Francisci Tahy littera D. signata, ac quidem scripto eiusdem littera G. notato, Maiestati Vestrae Sacratissimae cum praesentibus humilime mittimus. Incidit autem dubium quoddam in actione commissariorum, hoc nimirum, quod cum dimidium omnium frugum, quae hoc praesente anno ex agricultura provenerunt, ad rationem Maiestatis Vestrae Sacratissimae discretum usurpatumque sit, magnificus Franciscus Tahy dicat totam seminaturam praeteriti anni [15] 70, hoc est messis praesentis anni [15] 71, ex proprio semine se fecisse ideo dimidium seminis sibi reddi petit. Cuius dubii decisionem nos ad clemens arbitrium Maiestatis Vestrae Sacratissimae humilime remisimus. Nostrae quidem opinioni videretur iustum eum petere, et dimidium illud seminis sibi reddendum esse ex portione ad rationem Maiestatis Vestrae Sacratissimae usurpata. Quod superest... Posenii die 7. Decembris 1571.

Mađarski državni arhiv, Expeditiones camerales 1571, fol. 319. Koncept.

41.

Požun, 28. I 1572.

Ugarska komora naređuje Franji Tahyju da polovicu prihoda susjedgradsko-stubičkog vlastelinstva preda njenom provizoru Mihajlu Hertjenoviću, da se okani nasilja nad kmetovima i da svoju jurisdikciju ograniči samo na polovicu vlastelinstva.

Magnifice domine... Intelleximus Dominationem Vestram Magnificam in frumento, tam ex allodiaturis, quam ex colonorum redivitibus accepto, divisionem facere et partem dimidiam, Sacrae Maiestati Caesareae, domino

nostro clementissimo, cedentem excidere nolle, priusquam dimidium seminaturae Dominationi Vestrae Magnificae redderet. Ex clementi itaque resolutione Maiestatis Caesareae commisimus per litteras nostras egregio Michaeli Herlenovich, provisorii Maiestatis Suae in ista arce Zomzedwara et castello Stubicza, ut illud seminaturae dimidium Dominationi Vestrae Magnificae reddat. Quare Dominationem Vestram Magnificam Maiestatis Suae nomine requirimus diligenter, ut absque ulteriori dilatione omnium frumentorum, undecumque et ex quibuscumque proventibus collatorum, divisionem faciat, et aequam dimidietatem omnium illorum ex ea summa, quae in initio percepta est, excisam, manibus ipsius Michaelis Herlenovich provisoris assignet. Regesta quoque omnium proventuum eidem Herlenovich ad describendum dari iubere Dominatio Vestra Magnifica non gravetur, neque difficultatem ullam in hac re faciat, quandoquidem id Dominatio Vestra Magnifica libenter etiam se facturam esse coram commissariis promiserat.

Praeterea relatum est nobis Dominationem Vestram Magnificam colonos ad istam arcem et castellum pertinentes, Suae Maiestati Caesareae, domino nostro clementissimo, cum Dominatione Vestra Magnifica communes, multis oppressionibus gravare. A quo facto ut Dominatio Vestra Magnifica sese in posterum abstineat, eam Maiestatis Suae nomine diligenter requirimus. Sciat enim Dominatio Vestra Magnifica iurisdictionem non nisi in parte dimidia bonorum illorum se habere. Quod superest... Posonii, die 28. Ianuarii 1572.

Mađarski državni arhiv, Expeditiones camerales 1572, fol. 127. Konzept.